
AVGERII FERRERII TOLOSATIS,

VERA MEDENDI METHODVS,

Duobus libris comprehenſa.

Eiuſdem Caſtigationes Practicæ Medicinæ.

Nunc demum hac poſteriori editione ab ipſo Auctore aucti, ac ab innumeris, quibus ſcatebant, mendis, repurgati.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,

Apud Paulum Meietum, Bibliop. Patau.
M. D. LXXXVII.

CLARISSIMO VIRO,

ET MEDICAE ARTIS IN PATAVINO GIMNASIO

profeſſori pręſtantiſsimo;

AEMILIO CAPOLONGO,

Patrono ſemper obſeruandiſsimo.

Paulus Meietus Bibliopola. S. P. D.

SEMPER dedi operam, Vir Clariſſime, ut aliquid imprimerem, quod iuuentuti huic, quæ in hac Academia uerſatur, in una quaque arte, ſcientia, & diſciplina liberali, & præcipue in ea, quæ corporibus humanis medetur, eſſet utiliſsimum; & cum non ignorarem ab omnibus huiuſce facultatis ſtudioſis admodum & flagitari eum librum Eugerij Fererij Toloſa-

tis, qui de medendi methodo inſcribitur, cum ex iam antea impreſsis nullus extaret ad commune commodum, non ſum paſſus eum amplius deſiderari. Verum dum diu, multumq; cogitarem, cui nam huius viri libellum hunc potiſſimum conſecrarem, tu vnus præcipuè Vir Clariſſime occurriſti, cui maxime hoc meum munuſculum pluribus de cauſis deberetur; tum, quia tantum me tibi deuinctum eſſe cognoſcerem, quantum verbis explicare vix poſſum; tum etiam: quoniam intelligerem in hac medicinæ parte te tantum excellere, quantum nullus unquam alius in hac ætate, in qua tantos progreſſus, & in medendo, & in legendo, & inſcribendo feciſti, ut non iam cum tuis ęqualibus, & coætaneis, ſed cum ſenioribus ſis merito æquiparandus. Accipies igitur benigno animo, quæ tibi offerimus, & nos aliquando tuis purgatiſsimis ſcriptis non indignos iudicabis, quibus, & ad ſtudioſorum utilitatem, & ad meum etiam emolumentum imprimenda tradas, & me, ut cœpiſti, tuo patrocinio proteges. Vale.

Patauij Calendis Iunijs. M. D. LXXXVII.

AVGERII FERRERII TOLOSATIS,

DE MEDENDI METHODO.

LIBER PRIMVS.

De officio Medici. *Cap. I.*

MEDICI naturam, ingenium, mores, pietatem, ſtudium, ſolertiam, geſtus, motum, cultumque corporis tam exactè complexus eſt Hippocrates octo primis libris voluminis ſui, vt nihil addi vel reprehendi poſsit: niſi forte quod à Platone in Republica diſputatum eſt, recipiendum putemus: medicos maximè idoneos euadere, ſi ab ineunte ætate, vltra diſcendæ artis ſtudium, inter plurimos corpore malè affectos conuerſarentur, ipſique omni morborum genere laborarent, naturaque eſſent imbecilla: exiſtimans aliorum affectus ex proprijs facilius diiudicari, remediorumque naturam, modum & vſum nulla ratione melius quàm propria in ſeipſo experientia deprehendi poſſe. Quod tamen Aſclepiades non recepit, qui fidem

arti ſuæ adhiberi noluit, ſi eam quam cæteris polliceretur corporis integritatem ipſe non ſeruaret. Et Hippocrates medicum corpore valido, & optimo habitu eſſe vult, ſiquidem vulgo cenſetur qui malè ſui corporis curam habeat, cæteros non benè curaturũ. Nec Platonis ratio ex citatis probari poteſt, cum conſtet remedia pro naturarum diuerſitate, ætatibus, conſuetudine, viribus, anni tempore, cœli ſtatu, regione, & ſimilibus variari. Accidit enim, vt quod vni ſalutem attulit, alteri noxam pariat: quod huic exigua quantitate profuit, cæteris ne maiore quidem copia conferat. Nec idem corpus eundem ſemper victus tenorem patitur: ſed alterationum vices ſuſcipiens, modo hoc, modo illo aut cibo, aut potu, aut medicamento iuuari poſtulat, diuerſis tum qualitatum, tum quantitatis moderationibus. Ad quæ reſpiciens bene natus ille, & liberaliter educatus, ingenioſus, modeſtus, diligens, ſtudioſus, prudens, iuſtus Hippocratis medicus, optimam viam eliget, tum ex temporis quo ſanare intendit breuitate, tum etiam ex curando citra dolorem, tum ex maximè tutè curando.
c.4. lib.3. Quod Celſus libro tertio paucis verbis comprehendit, dicens medici officium eſſe, vt tutò, vt celeriter, & iucundè, hoc eſt cum voluptate curet. Vt tuto cures tria ſunt propria quibus inten-
14. Meth. tus ſis oportet. Vnum primumque, vt omnino abſolutionem operis conſequaris. Alterum, vt ſicubi hanc non conſequaris, ſaltem cubantem non lædas. Tertium, vt vitium non facilè reuertatur. Primum rationali Methodo perficitur: verum perpetuum

petuum eſſe non poteſt, cùm ob ingenita naturæ vitia, tum ob morbi ſymptomatumq; vehementiam plerunque viribus longè ſuperiorem: tum etiam ob errores qui aut ab ægro, aut ab aſsidentibus, aut ab exterioribus committuntur, qui ſanè tam frequentes ſunt, vt nulla re magis operis cõſecutionem impediri putes. Quod videns Hippocrates in ipſo ſtatim Aphoriſmorum initio dixit, Non ſolum ſeipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſsidentes, & exteriora. Alterùm ſanè medico omni cura cauendum eſt, ne ſcilicet cubantem lædat, ſi prodeſſe non poſsit. Itaque quæ ægris olim adhibita præſidium attulerint inquiret, laudabit, & cognoſcet. quæ verò detrimento fuerint, vitabit atque repellet: & quæ nihil auxilij vel offenſæ effatu dignum præſtiterint, in neutro genere cenſebit. Sed certè ab euidenter offendentibus ſemper abhorrebit. Vitium non facilè reuertetur, ſi imminentes affectus præuiderit, prouidentiamque eam adhibuerit, quam methodo inuenta applicataq; remedia, iuxta prędictionum rationes ſuppeditarint. Cito curaturus, caueat ne quid temerè pręcipitanter ve actum videatur. Sicut enim in mora, ſic infeſtinatione periculum eſt: quapropter iuxta vetus prouerbium, lentè feſtinandum. Quam mediocritatem opportunitas occaſioque indicabunt, vnà cum morbi ſymptomatumque vehementia, conſiderato etiam virium robore, In valde acutis ſi quid mouendum videtur, ſtatim ab initio mouere præcipit Hippocrates: tardare enim in talibus, malum. Contrà, in febribus ex crudorum ſuccorum

Hippocr. & Gal. 1. vict. acut.

copia ortis, differenda, quam copia manifeſte indicat, vacuatio. Prius enim quod crudum eſt concoquendum, roborandæque ipſæ partes concoctioni deſeruientes, priusquàm vel venæ ſectioni, vel purgationi locum demus. In his omnibus indicationũ, quas hoc loco tractaturi ſumus, habenda eſt ratio. Quod autem tertio loco venit, vt iucũdè curemus, voluptatem ea menſura præſcribit, vt vel omnino citra dolorem, vel cum minima ægri moleſtia morbum propulſes. Fruſtra enim ferrum aut ignem adhibet, qui medicamentis curare poteſt. Fruſtra etiã medicamentis vtitur, qui victu medelam paratam videt. Temerè verò diacrydium, colocyntis, elaterium adhibentur, ubi uel caſsia nigra, vel aloe, vel rhabarbaro uel agarico purgatio commodè compleri poteſt. Moleſtus uerò & naturæ infeſtus ille cenſendus, qui remediorum multitudine naturam onerauerit, quam paucis contentam eſſe ſciuerit. Videas enim nonnullos artis ſuæ peritiam hac impoſtura mentientes, dum omnibus ferè clyſteres, ſanguinis miſsionem, apozemata, purgationes, mixturas ex conſeruis conditis & ſpeciebus, nec non tabellas, potus cordiales, pulueres in iure, epithemata, unguenta, emplaſtra, uſitata oſtentatione præſcribunt: cum multis ſatis fuerit ſanguinis miſsio, uel ſola purgatio cum moderato alterantium uſu, ex uictu magis quàm ex officinis petito: quod iucundũ ac uolupe eſt. Vtiliſsima eſt uoluptas quæ in febribus continuis adhibetur, cum uel ſitim ſedare, uel ſomnum conciliare ſtudemus: quod uires maximè recreat. Nec doloris ſedandi cura

vnquàm omittenda eſt, cum dolor vnum ex ijs ſit quæ hominē contriſtāt, & uires maximè proſternūt. Sed ad ſtupefacientia temerè tranſeundū non eſt: nam licèt dolorē præſentem obtundant, affe- 12.Meth. ctum tamen maiorem reddūt, vt in colico dolore, in quo tunicæ inteſtinorum huiuſmodi medicamētorum frigiditate denſiores, minusq; tranſmittēdo flatui habiles reddūtur, & humor ipſe tū craſsior, tum ad motum ineptior euadit. Quare id genus dolores omnes per ea quæ incidant & concoquant, preterea flatus diſcutiant, deſiccentque citra valentem calefactionem, curandi ſunt. ſtupefacientibus autem tunc ſolum utemur, cùm nullum aliud mi- 3. Comp. ſe. lo. tigatiuum doloris contulerit. Sint verò ea conco- 12.Meth. ctoriis & calefacientibus rectè caſtigata: nec admodum recenti compoſitione offerātur, ꝙ frigida illa præualentes adhuc vires habeant, nec ita dētur antiqua vt ſpem noſtram fruſtrentur: ſed tandiu dimittenda ſunt, quoad uiolentia refrigerantium, ab eorum quę calefaciunt ui mitigetur. Porrò diſsident inter ſe hęc medicamenta. Quippe quę plurimum eorum quę torporem inducunt, in ſe habent, ad pręſens quidem magis ſunt efficacia: cæterùm valentem, & remedijs rebellem in ęgrotantis corpore frigiditatem relinquunt. Quę horum in ſe habent minùs, calefacientium uerò ſibi admixtorum plurimum, ea quantò ſunt ād pręſens minùs efficacia, tantò in futurum minùs ſunt noxia. Omnia tamen id genus magis ſunt ſalubria ſi poſt annum à compoſitione ſumantur: ueluti quod ad Philonem referunt authorem, quod ad

dolores

dolores ſenſus torpore ſedandos, nullo minus eſt celebre. Sunt ſanè & alia medicamēta nō pauca ex ſeminib⁹ confecta, Græcè διὰ σπερμάτων & τρίγωνα nominata, quæ ſicut ad torporem in præſens inducendum mitiora, ita in futurum ſunt tutiora, atque hæc quoque omnia vtilius annotina ſumuntur. Philonis verò medicamētum, etiā ſi duorum triumve aut quatuor annorū ſit, multò ſanè eſt melius: ſed nec inutile tamen ſequentibus annis ad decimum vſque. Quod enim vltra inueterauit, tantò quidem eſt minus noxium, quantò eſt vetuſtius: cæterùm languidis eſt viribus, eoque parum nauiter cuius gratia paratū eſt, perficit. Hæc inquàm qui iucūdè, hoc eſt, cum ægrotātis voluptate curaturus eſt, diligēter animaduertet, dolorem tum curans, tum naturæ moleſtiam afferre præcauens. Eſt porrò duplex medicorum contra dolorem inſtātium ratio: Altera, qua delitiis cubantium ſubſcribunt, altera ex artis ratione. Qui ex arte generosè cōtra morbū pugnat, terminum ægrotantibus præfinitum non tranſit, qui eſt, vt tutò medicetur: ei verò qui dolorem mitigat, vt vires cuſtodiat. Vbi vltrà pergitur, crudelis hominis officium facit, qui vnà cum morbo vitam quoque homini aufert: qui verò cubantis deliciis ſubſcribit, eiuſque voluptatem non ſanitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris. Comittunt medici eiuſmodi exceſſus, cùm in alijs quoque remediorum generibus non paucis, tum vel maximè in his quæ diximus anodynis, quæ ex papaueris ſucco, vel alterci ſemine, vel mandragoræ radice, vel ſtyrace, vel tali quopiam fiunt. Nam

& qui

& qui ægris gratificantur, in eorum medicamētorum vſu modū excedunt: & qui intempeſtiuè im modiceq; ſunt animoſi, dum prorſus horum vſum refugiūt, doloribus ægros iugulant. Ergo veluti in omni totius vitæ tum habitudine tum actione, ita hic quoque conſiliū illud ſapiētis, Ne quid nimis, complectemur: habentes pro fine quò tendamus, cubantis vtilitatem. Quippe ſi fas eſt ijs remedijs quæ morbum ſanent vtendo, quod optamus effice re: abſtinendum ab ijs ſoporiferis medicamentis quæ vocantur ἀνώδυνα. Sin ex vigilijs & viribus re ſoluēdis ad mortis diſcrimen ęger tendat, tum pro fecto tempeſtiuè eiuſmodi medicamētis vtare: ſci licet non ignarus, corporis habitū nonnihil ex his lædendum: læſionem tamen, quàm mortē potius optandam. Nam ſi hæc admodum magna non ſit, ſaltem poſtea ſpatio longiore eam ſarcire licebit. Sin ita eſt immodica, vt nec prolixo ſpatio perſanari queat, at certè hanc ipſam eligendam potius remur, quàm vt homo pereat. Hac nimirū perſuaſione Galenus tametſi omnium maximè ab vſu grauiter ſopientium abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibebat, atque *ijs*, qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehementiſsimo dolore cruciarentur. Interim verò & cum æger ex tenui deſtillatione, vigilijs, & vehementi tuſsi vrgeretur, pauxillum eiuſmodi medicamenti offerebat: facilè noxam eius, ſi quis ſemel eſt vſus, ſpa tio emendatum iri ratus. His iucundæ ac maximè voluptuoſæ curationis obſeruationibus & hoc adijciendum: medicamenta omnia ſuaui quadam

conditura

In medicina remediorũ inuẽtionẽ, & cognitionẽ, ſalubréq; illorũ vſum ſuppeditãt ſola, nec tertiũ admittũt. Experiẽtia longo vſu indiget, nec aliud prӕtereà habet, quo ſe tueri poſsit. Sed duplex eſt: altera plãnè rudis, fortuita, & ſine ratione procedens: quã tanquã inconſtãtẽ, imperfectã, & artis omnino expertẽ reijcit Gale. in libro de ſectis, & ſæpe in Methodo. Altera, rõne progreditur: quã Gale. in libro de optima ſecta ad Thraſybulum cõmendat, dicens abſq; ratione obſeruationẽ fieri nõ poſſe: obſeruationẽ & experientiã idem eſſe demõſtrans. Hanc rerũ magiſtrã, ad materiæ adhibendæ notitiam potẽtem atq; vtilẽ eſſe, inter omnes ſectas conuenit. Siquidem quæ nutriunt, & quæ non nutriunt, purgantia etiam, & lethalia omnia medicamenta, experientia hac comperta ſunt. Hac dijudicantur ratione, & quæ ratione inueſtigata ſunt: facultatumque omnium quæ medicamentis inſunt certiſsima iudicatrix ipſa eſt, vt libro 2. ſimplicium medicamẽtorum oſtendit Galenus. Eadem rationi atteſtatur, vt ait quinto methodi. Hanc dogmatici Hippocrate authore, & ſecutis longè temporibus Galeno duce amplexati ſunt ratione atq; experientia tutiſsimum curationis modum tenẽtes. Rationem tamẽ vbiq; prætulerunt, malueruntq; ea, cùm experientia deſtituti eſſent, ſola vti, quàm experientiam ratione carentem in medicinæ opus adhibere. Periculoſum enim & fallax eſt experimẽtum: iudiciũ verò, hoc eſt ratio, difficile, ſed tutũ: tolliturq; difficultas, ſi vigilãti ſtudio cum in artis operibus, tùm verò in optimis Aph. 1. lib. 1.

optimis quibuſque diſciplinis antea verſati fuerimus. His enim ceu veritatis authoribus, & rationis magiſtris, ad rerum intelligentiam & iudicij facilitaté tanquam manu nos duci, nemo qui ſanæ
3. Meth. mentis ſit, ignorat. Quod Galenum contra Theſſalum compẽdioſa rudiq; traditione doctrinam mentiẽtem animauit. At empirici nuda obſeruatione contenti, per experientiam inuenire omnia contendunt: nos verò, vt diximus, partim ratione, partim experientia: cum neq; illa omnia inuenire queat, neque ſola ratio. Veruntamen confuſam mixtamq; tradendam eſſe doctrinam non cenſemus: ſed ſeorſum empiricam, & ſeorſum dogmaticam, ſeu rationalem, quò facilè appareat quam habeat vtraq; vim. Et de empirica quidem conſtat, ꝙ fortuita ſit & temeraria, quodq; ſine ordi-
1. Meth. ne. Nam nec arte vlla, rationève experientiã niti, imò vnius fortunæ fauorem ad ea quæ quæruntur inuenienda requiri, fatentur empirici. Rationalis
15. Meth. verò artificioſa, conſtans, perfecta, tuta, Methodo vndiquaque procedit. Conſiſtit autem Methodus in vniuerſalibus, ſicut in particularibus exercitatio. atque eius ſanè quæ curatiua eſt, primum propoſitum eſt morbi ſublatio, finis verò inuenire propria cuiuſque morbi remedia. quæ non ſolum inueniet, ſed & inuentis rectè vtetur quiſ-
3. Meth. quis in ea exercitatus fuerit. Nam Methodo quippiam inquirere inuenireq; vſus ſecuritatem præſefert, & ex aduerſo opponitur ei quod eſt fortuitò temereq; reperire. Eſt autem id cum via quadam & ordine, ita vt in diſquiſitione aliquid ſit primũ,

aliquid

aliquid ſecundum & tertium & quartum, atq; ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demùm ad ipſum, quod ab initio eſt propoſitum ſit peruentum. quod nihil eſt aliud, quàm ad finem per indicationes ordine progredi: quandoquidē quicquid ab experientia ſeiunctum eſt, id totum indicatio vocatur. Eſt ergo indicatio ſequentis, ſiue agendi inſinuatio: aut breuiùs, ordinis repræſentatio, vel explicatio rei agendæ: vel, vt in libro de optima ſecta definit Galenus, cōprehenſio iuuantis, vna cum comprehenſione nocentis cum re indicante ſimul adueniens, ſine obſeruatione, aut alio ratiocinio. Ergo ex ipſa rei natura ordiri, atq; ab ipſa, quod ſequens ſit citra experientiam inuenire, id demùm eſt indicatione inuenire. Ex quo rurſus apparet omnē medendi Methodum ſeiunctam ab experientia procedere: nec rectè facere eos, qui ambas doctrinas, empiricā & rationalem in vnū cogunt atq; confundunt. Nec committendum, vt quæ per experientiā ſunt inuenta, & quæ ſola ratione ſunt inueſtigata, vtraq; docēdo cōmiſceantur: ſed cùm vtrunq; ſeorſum tractatū fuerit, poſt ambo in curatione iungantur. His enim duobus veluti cruribus medicina rectè incedit, moderata tamen & directa per rationē experiētia. A quibus procedit tertius quidā curandi modus per analogiſmum, cùm mali cauſa ignoratur, deeſtq; obſeruationis, ſeu experientiæ euidens auxiliū. Eſt autē analogiſmus, Galeno in libro, de optima ſecta authore, cōparatio & perceptio rerū iuuantium per ſimilitudines: vt analogiſmo in medendo vti,

3 Meth.

nihil aliud ſit, quàm exemplo ſimilis cuiuſdã affectus à nobis aliquãdo curati, nouum aliquem, nec plenè cognitũ, iiſdẽ vel ſimilibus auxilijs propulſare. Quod in morbo Neapolitano cùm primùm hic graſſari cepiſſet, factũ videmus. Supereſt, vt de coindicatione dicamus: quã à prima indicatione quæ à morbo ſumitur: pleriq; ſeparant: vt tum virtus, tum natura, tum ætas, tum anni tempus, regio, conſuetudo, aliaq; huius generis coindicent, ſola contrarietas à morbo deſumpta propriè indicet. quod tamẽ perpetuum nõ eſt. Nam ſępè accidit, vt quod à morbo iudicatũ eſt, ſecũdo, aut tertio, aut poſtremo loco habeatur: vt cùm virtutis præcipua cura ſuſcipitur, ad hanc vnam intẽti cætera omnia negligimus, morbum, ætatem, anni tempus & ſimilia: niſi eãdem quam virtus proponit indicationem præbeãt, tũc enim coindicare dicẽtur. Coindicat ergo, quæ ſimul indicãt, & ad eundem ſcopum tẽdunt. Contraindicant verò quæ cõtrariam indicationẽ habẽt: vt in febre ſyncopali, febris refrigerãtia indicat, ſyncope cõtrarium, calidã inquam, ob virtutis, quæ calidis fouetur, cuſtodiã. Quæ autẽ in vſum maximè veniũt indicationes, hæ ſunt: A morbi natura, atq; huius magnitudine, vna cum cauſarũ, & vrgẽtium ſymptomatũ conſideratione. à temperamento totius corporis: à partis affectæ temperatura, formatione, poſitura, facultate, dignitate, ac neceſsitate, & ſenſus acuitate vel hebetudine: à viribus ægrotantis: ab aere ambiente conſiderato in cœli ſtatu, in regione, in loco habitationis, & anni tempore;

13. Meth.

quæque

quæque minus principales habentur, ab ætate: à craturarum proprietate: à ſexu: à vitæ inſtituto & arte: à longitudine vel breuitate morbi: à morborum temporibus lõgè alia ratione quàm Theſſalo viſum eſt: à particularibus acceſsionibus: à manifeſtis naturæ functionibus. Poſthæc à medicamentorum facultate, cuius meminit Galenus libro tertio Methodi. Quæ verò ab humoribus ſanandis deſumitur, ad morbi cauſam omnino pertinet. Addet qui voluerit ſextam decimam, à lumine, & influxu corporum cœleſtium. De ſingulis ordine hic dicturi ſumus ſumpto ab ea quæ prima & continens appellatur, initio.

DE PRIMA INDICATIONE, *ab effectu præter naturam.* *Cap. III.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRIMA omnium indicatio, quam nonnulli Continentem appellant, ab affectu præter naturam qui curandus eſt, ſumitur. Quę principium tantum eſt, & (vt dicam) carcer vnde medendi ratio promouet: nõ autem, vt Theſſalei Methodici arbitrantur, medicæ ipſius artis portio, aut certè nec magna, nec propria, ſed quæ plebi ſit communis, luxatum mẽbrum reponi ſibi poſtulanti, aut os fractum formari, atq; componi, aut melicerida ſibi tolli, & vlcus ad cicatricem duci, aluumque fluentem ſiſti, aliaque ſimiliter reſtitui. Iudicat enim ſolum ex ijs, quæ affectui contraria

2. & 3. Meth.

In arte Med. & cõſtr. ar. & 3. Meth.

ſunt, adhibenda eſſe remedia, quod affectus præter naturam exiſtens, non ſeruari, ſed tolli debeat, nẽpe ſuo contrario: perit enim vnumquodq; in contrarium & à ſuo contrario: & omnino neceſſe eſt, vt immoderatum ab immoderato contrario ad mediocritatẽ trahatur. Quod plebei veluti ſenſu edocti facilè intelligunt, nec aliquid in ore magis habent quàm contrarium contrario expelli. verùm quibus rationibus hoc fiat, id ſanè neſciunt. Atque id eſt, quod adijci à medico debet partim experientia, partim ratione ſingula inueniente. Hic verò de ea quæ ratione pariter inuentione dicimus. Itaq; pro confeſſo habemus remediorũ inueniendorum initium ex morborum ipſorum natura ſumendum, nec aliter quàm per cõtrarium. Cumq; morborum plura ſint genera, cuique eorũ ſua erit pro remedio contrarietas: vt in partiũ ſimilarium affectibus, intemperiei calidę frigiditas, frigiditati caliditas, humiditati ſiccitas, ſiccitati humiditas, confluentibus humoribus horum vacuatio, & plenitudini omnis inanitio. In inſtrumentalium morbis, indecenti formationi decens formatio, per figuræ permutatæ emendationem in ijs qui adhuc creſcunt, in his autem qui iam aucti ſunt, minimè: per concauitatis immodicè patẽtis reductionem, & obſtructæ recluſionem: per partium pręter naturam exaſperatarum lenitionem, ac leuigationem, & immoderatę leuitatis aſperationem. Et, indebitæ magnitudini conueniẽs magnitudo, per excedentis magnitudinis & immoderatæ auctionis caſtigationem, & diminutionis, ac defectus

reſtitu-

reſtitutionem,ac refectionem. Indebito numero, dabitur numerus,per ſuperfluarũ,ac non neceſſariarum particularum remotionẽ, & deficientium appoſitionẽ,reſtitutionem,ac refectionem. Indecenti compoſitioni cõpoſitio, ac conſtructio decens, per partiũ à naturali ſitu euariantium repoſitionem,ac reductionẽ, & colligationis,ac conſenſus reſtitutionem. Et cõmunis ſimilaribus & inſtrumentalibus affectus, vnitatis ſolutio (quæ in oſſe fractura,in carnoſa parte vulnus, vlcus & ruptio, in neruoſa conuulſio dicitur) contrariũ pro remedio vnionem habet. Compoſitorum mixtorumq; affectuum,ſiue proprij ſiue accidentales ij extiterint, contrarietates ex dictis colligere non erit difficile. An verò curatio per ea pręſtari vbiq; poſsit,an in multis non poſsit, hoc vtiq; internoſcere primùm iam artificis eſt. Quippe nemo plebeius nouit,nec neruoſam ſepti trãſuerſi partem, nec inteſtina tenuia non poſſe quem indicant finẽ recipere. Sed & de præputio, & de tenui buccarum parte, quod eodem modo ſe habet, ignorat. Præterea an caries in oſſe,quæ τερηδὼν græcis dicitur,ſanari queat,ſicut eroſio in carne, compertum non habet. Iam an coaleſcere fractura poſſit, veluti vulnus, præterea an callo adglutinari poſsit,non intelligit. Pari modo in capitis fracturis vulgus omnino non nouit ſit ne expectanda calli generatio,an aliter curandum. Porrò multò adhuc magis ignorat an corde vulnerato,aut pulmone, aut ventriculo, aut iocinore fiducia ſanationis ſit, nec in ſumma quicquam, vltra primum 3. Meth.

ſcopum vulgaris quiſquam nouit. Itaq; hoc ipſum primùm artis eſt opus, vt intelligas ſperare ne, id quò tendis debeas, an ſecus. Eius rei duplex cognitio eſt, nec poteſt addi tertia. Altera per experientiam, cui longo vſu eſt opus. Altera per ipſius rei naturam, ęſtimando corporis & cuiuſq; particulæ ſubſtantiam, actionem, vſum, ſitum, aliáque, de quibus ordine dicetur. A quibus procedẽs non ſolum quòd ſanari non poteſt præuidebit: ſed etiam quod recipere ſanitatem poteſt: ac de inueniendis ei remedijs deliberabit.

De affectus magnitudine.

HAEC pręcedenti annexa eſt, aut illius veluti pars quædam. Neq; enim abſurdum fuerit indicationem ab affectu in duo mẽbra partiri, vt altera à propria ipſius natura, altera à magnitudine capiatur. Poterat addi tertium, à ſanãdis qui morbum faciunt humoribus: quod nos ad cauſas referimus. De quibus proximè dicetur. Triplici genere affectus quiſq; grauis, magnusq́; ſpectatur, aut propter præcellẽtiam partis affectæ, & lęſæ illius actionis pręſtantiam: aut propter affectus magnitudinẽ: aut propter ipſius cacoethiã. Ex his ſumitur indicatio purgandi corporis, & ſanguinis mittẽdi in ijs etiam, qui aut redundãtię ſanguinis, aut plenitudinis aliorũ humorũ expertes ſunt, modò uires tolerent, & ętas nõ prohibeat. Vt cũ quis ab alto lapſus fuerit, aut aliàs plaga aliquã vehemẽter contuſas corporis partes habuerit, aut in febrẽ

acutam ſanguinis alioqui inops inciderit, aut vulnus ex quo expediebat ſanguinē effluere, qui non effluxit, acceperit. In quibus quod accidit ſanguinem mittendum non indicat, ſed magnitudo morbi cum virium robore. In his ergo & ſimilibus ad ipſam ſanguinis miſsionem confugiendū, tametſi redundantis ſanguinis concurſus nō adſit, modo valens morbus ſit, cum virium robore: exceptis tamen à ſermone pueris. Indicat etiam purgationem vis morbi, non modo vt quod noxium, ſuperuacuum, & vrgens eſt educat: ſed etiam, vt quod tum ad diuerſum trahat, tum vacuet. Atque ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo quod de vlceribus prodidit, etiam morbi magnitudinem ad purgationis indicationem conſiderat: Purgatio, inquiens, per aluum plurimis ulcerum prodeſt: præterea uulneribus quæ in capite ſunt accepta: item quæ in uentre & articulis: ad hæc ijs in quibus oſsi caries impendet. Præterea quæ ſuuntur & quæ exeduntur, & herpetibus, & reliquis quæ ulcera diuturna reddūt, etiā quæcunque deligāda ſunt, ꝑ aluū purganda ſunt. In progreſſu uerò hæc inſuper adijcit: In omni ulcere cui eryſipelas ſuperuenit, purgari corpus oportet, qua parte ulceri maximè conducit, ſiue id per ſuperna, ſiue per inferna ſit. Cuius etiā rei diſcrimen in libro de ſuccis nos edocuit, reuellere nos iubens ad cōtraria, deriuare uerò ad latera: quinetiā cū maximè influit, tū ad diuerſa reuellere. Ex quibus conſtat ipſam morbi ſiue vim, ſiue magnitudinē appellare uelis, pro indicatrice

quadam ſanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ ſtatuendam. Certa ex corporis temperamento, partisque natura, alijſque ſubſequentibus conſideranda ſunt.

Affectus nomine morbum, cauſam, & ſymptoma comprehendi.

AFFECTVS autem præter naturam nomine non ſolum morbum ipſum, ſed & cauſam illius internam, & ſymptoma intelligas licet. Neque enim à ſolo morbo curatiuas indicationes ſumi voluit Galenus, qui a cauſa quæ præſens ſit curationem inchoandam iuſsit. Externam ſanè quã procatarticam appellant, excluſit ab hoc munere: ſed ad morborũ qui tũ rationem tum ſenſum latent, dignotionem vtilem eſſe dixit. Deſideratur ergo in cauſa (ſi vis eam indicatricẽ fieri) vt preſens ſit, & adhuc permaneat. Nam, vt breuiter dicam, à nullo eorum quæ adhuc non permanent, indicatio eius ꝙ ex vſu ſit ſumi poteſt. Siue enim ecchymoſis, ſiue vlcus, ſiue eryſipelas, ſiue putredo, ſeu phlegmone in parte aliqua conſiſtat, ſuperuacuum eſt cauſam quæ horum quodlibet efficit in quiete, niſi iam etiam faciat. Sic enim ſimul quod iam factum eſt curabimus, ſimul quód adhuc facit facere inhibebimus. Si verò fecit illa quidem, cæterùm iam abijt, vtique quod factum eſt curabimus: quod adhuc non eſt, nec ſi velimus ſummouere id poſſumus. quippe rei præſentis eſt curatio: eius autẽ qđ futurũ eſt, prouidẽtia.

,Meth.

tia. Quod vero nec nunc lædit, nec læſurum timetur, id ab vtroq; artis munere, tum eo quod curat, tum eo quod prouidet, exceſsit. quare nec indicatio ab hoc ad curationē vllā, nec prouidētiæ ratio ſumitur: ſed vti dictū eſt, ad eos tantū affectus qui noſtram notitiā fugiunt externæ cauſæ cognitio eſt vtils. Atqui ſi præſentis affectus nihil lateat, nulla iam eius erit vtilitas. Apparet verò, ꝙ cum indicationibus nullam habere poſsit ſocietatem. Finge enim ex eo quod in partem aliquam procubuerit, natum vlcus eſſe. Quod ſi ſit, ex vitioſis ſuccis prouenire neceſſe eſt. Ita enim in morbis natura facere ſolet: cum corpus expurgat, omne excrementum ad cutem trudit, atque hanc quidem vlcerari, totum verò corpus expurgari accidit. Quę nā igitur eſt eiuſmodi vlcerum ſanatio? Nempe quæ reliquorum omnium quibus nullus affectus malignus, quā κακόηθη græcè vocant, eſt adiunctus. Verùm ſi hoc ſic ſe habet, manifeſtum eſt nullā eſſe ad curationem à cauſa quæ vlcus excitauit indicationem, cum ea neque amplius agat, neque permaneat. Atqui ſi vitioſus ſuccus remaneret, omnino aliqua ab hac quoque indicatio ſumeretur. Alioquin etiam abſurdū eſſet, ſi curationē poſtularet qđ amplius nō ſit, aut ſi curationem indicaret qđ nullius indigeat. Quare dicere indicationem curationis ab externa cauſa ſumi, omnimodo eſt abſurdū. qđ & de internis, quæ nō permanēt, & morbum efficere deſierunt, intelligendum. Perſpicuū ergo eſt à cauſa quæ præſens ſit indicationem fore. Quę tamen ſi exactè loquaris ad prophylacticē

pertinet:

pertinet:ſi abuti vocabulo velis, etiã ad therapeuticen. Sed ſatiùs eſt omiſſa nominis cõtẽtione, methodũ aliquã ſanandorũ morborũ tradere. Habes verò in lib. de optima ſecta, diſputationem, quòd non à morbis, ſed ab efficientibus cauſis auxiliorum indicationes ſumantur. Quæ quòd ſubtilior, quàm ad medendi methodum vtilior videre-
12. Meth. tur, à nobis prætermiſſa eſt. Dicamus de ſymptomate. Symptomatum tres ſunt primæ differentiæ. Aut enim in actionum offenſa conſiſtunt, aut in retentorum vacuatorum ve immodico exceſſu, aut corporum ipſorum affectu. Ex his, ſi actionum offenſæ cõtriſtant, ſolicitudinem medici ad ſe cõuertunt, affectumque deſerere cogunt. Idem faciunt eorũ quæ retinentur, vel expelluntur exceſſus. At genus ſymptomatũ qđ in effectibus conſiſtit, alterius quidem quẽ curare oportet affectus eſt ſignum: ipſum tñ nullam ſeorſum curationem exigit, vt pote cum affectu vnde naſcitur vnà ceſſans. Vt enim in ſumma dicam, nullum ſymptoma, quà ſymptoma eſt, nec curationis rationẽ indicat, nec primùm immutat. Monſtratum enim eſt, ex morbis ipſis curationis indicationem præſtari, velut ex cauſis ipſis prouidẽtiã. Dictũ prętereà eſt & quomodo prouiſio ipſa cum medendo ſimul ſit miniſtra. Ex accidẽti tamẽ ſymptomata quoque curãdi rationẽ aliquãdo immutant, cauſæ ſcilicet locũ eo tẽpore habentia. Eorũ omniũ, cum veluti cauſæ curationem immutant, vnũ caput eſt: dico id vnum, lęſionem, ſiue ea virtutis ſit, ſiue affectionis. Quando ſi nihil ijs officiat, cura-

tionem

tionem non interpellant. Lædunt autem vires vigiliæ, dolor, & immodica vacuatio. Affectui verò eadem non vtique ſemper, cæterùm magna ex parte nocent, ac potiſsimum cùm fuerit immodica. Ob hæc igitur ſola curandi ratione quam ab initio inſtitueramus ad præſens mutata ſymptoma ſummouere primùm cogimur. Ergo ſi labant vires, non tamen vehementer ſunt iam reſolutæ, ſed adhuc reſiſtunt, ad ſymptoma tantum ſumus attenti: atque id quàm primùm ſummouere maturamus. Sin iam reſolutæ vehementer vires ſunt, non modo ſymptoma ſedare, ſed etiam illas firmare properamus. Quòd ſi vno remedio tũ ſymptoma leniri, tum morbus curari queat, id vtique nõ fuerit ſymptoma reſpicere, aut ſymptomatis cauſa remedia ſumere: ſed omnis eiuſmodi auxiliorũ ſpecies planè morbi curatio eſt. Neq; enim cũ lateris dolorẽ in pleuritide miſſo ſanguine, vel corpore purgato ſanamus, nec cum abſceſſum diſtentũ, & cũ dolore pulſantem diuidimus, ac pus emittimus, eiuſmodi curatio ſymptomatis eſt. Sed cũ, exẽpli gratia, in dyſentericorũ deiectionibus, vbi vehemẽter rodũt, vel tragi ſuccũ, vel hirci nũ ſeuũ, vel roſaceũ ceratũ ꝑ īferiùs indim⁹. Quibus vtiq; ꝑſidijs ipſa exulceratio inteſtinorũ non ſanaẽ, maximè ſi putreſcẽs aliquid habeãt: ſed vires interim cõquieſcũt. Atque.i. cõtrà ſymptoma īſtare, morbo ad id tẽpus neglecto. Quippe vbi uiriũ roboris fiducia eſt, adeò nũquã cõtra ſymptoma pugnamus, vt cõtrà ꝓrſus ꝑ ea nonnũq̃ ꝑſidia quæ dolorẽ afferũt, morbos ipſos curemus. Veluti

pro

profecto dyſenteriæ ipſi mordentibus maximè medicamentis tùm potiſsimum medemur, cùm vtique eſt grauiſsima.

Ordo in curandis affectibus.

TRES ergo ſunt in corpore affectus præter naturam, qui curationem per cõtraria deſi-
2.Meth. derant: cauſa, morbus, & ſymptoma. Propriũ eſt morbi actioni incõmodare: ſymptomatis hũc ſequi: cauſæ præcedere. Actione autẽ cũ neceſſariò egemus, prõptiſsimè qui huic officit affectus tollẽ-
7.Meth. dũ ſe indicat, nẽpe morbus ipſe: & ſimul quæ hũc efficit cauſa præſens & interna, illud pro cõperto habẽtes, non poſſe ad perfectionem vllũ affectum ſanari manente adhuc ipſa, vnde natus eſt, cauſa. Ab hac ergo auſpicanda eſt curatio (quæ tamen prouidentia propriè dici debebat) deinde etiam tollendus morbus: atq; ilicò diſcutietur ſymptoma, quod in ſubſtantia morbi adhærebat, idq; ſingulis in tenore ſuo permanẽtibus. Nam cum ſymptomata excedunt, & vrgent, cogimur plerumque affectus alios deſerere, & ad ſummouendum ſymptoma nos conuertere, ſi potiſsimùm vires deiecerit. Quibus reſtitutis, ad morbi curam redire neceſſe eſt, vt rectè curato morbo, cæteri quoque, qui hũc ſequebantur affectus, euaneſcant. Neque enim de ſymptomatis ſoliciti eſſe debemus, niſi aut morbos alios effecerint, aut vires inſigniter offenderint. Quorũ hoc nõ tam à ſymptomate quã à viribus deſumi videtur: illud cũ cauſa omnino

coincidit. Primùm ergo prudentia (quam curatiuè hic appellare licet) cauſæ quę præſens eſt, & in totũ aut in parte agit, aut agere adhuc parata eſt, debetur; mox etiam curato morbo, per quẽ actio proximè læditur, emendabuntur poſteà ſymptomata, ſi quæ forte morbo ſupereſſe cõtigerit. Nam quæ & affectus aliquos ſequuntur, & ſimil alios efficiunt, vt cauſas caſtigari debere diximus. Pugnandũ autem ſemper contrario remediorũ genere, cum omnia quæ præter naturã ſunt, ab iis quæ ipſis ſunt cõtraria, in naturalẽ ſtatũ trahi debeant. Quæ ſanè indicatio morbo propriè debetur, ſym 11. Meth. ptomati verò ac cauſæ impropriè, vt docet Galenus libro vndecimo methodi. Nec intereſt ſiue dicamus nos affectum ſanare per ea quæ euidenter & reipſa cõtraria ſunt, vt calida, frigida, humida, ſicca actu, vel poteſtate talia: ſiue etiam per ea, quę ex accidenti refrigerant, calefaciunt, ſiccant: aut etiã iſta cõiungẽtes. Ex accidẽti autẽ hæc agunt, ſanguinis miſsiones, purgationes, cæteraq; huiuſmodi. In cõtrarietate autẽ & cõcurſu indicationum quomodo procedendum, in fine dicetur.

DE SECVNDA INDICATIONE, à temperamento totius corporis. Cap. IIII.

SECVNDA ab vniuerſi corporis morbo 5.9.11. Meth. affecti natura, qualitate, & temperatura petitur. Diuerſam à prima rationem habet hæc indicatio. Siquidem illa cum ex his quæ ſunt præter natu-

Calidus morbus in corpore natura calido, minùs eget refrigerantibus.
Frigidus morbus in corpore natura frigido, minùs calfacientibus.
Humidus in corpore natura molli ac humido, minùs ſiccantibus.
Siccus in corpore natura ſicco ac duro, minùs humectantibus.
Minùs itaq; periclitantur quicunq; cognato naturæ ſuæ morbo laborant. Deſignatam autem menſuram illam attinges, ſi decẽ gradibus ad caliditatem lapſum corpus, ſeptẽ verò ad ſiccitatem, reducas auxilijs decem quidẽ gradibus frigidioribus, ſeptem verò humidioribus; cęteroſq; à mediocritate receſſus eũdem in modum reſtituas ac emendes. Cęterùm quoniã noſci ad vnguẽ oportet corporum temperamenta, id verò planè eſt difficilè: vtiq; tentãdum eſt, tum ex ijs, quæ in libro de temperamentis ſunt ſcripta, ea inuenit: tum verò ultra hæc, quo magis ſcientifica noticia ſit, ex ætate, & tota anteacta vita, quæ nimirum in vitæ exercitio, & victus ratione conſiſtit: præterea in hac regione; & hoc anni tempore, in hoc ſtatu, cœli conuerſatione. Si nanque natura gracilis, & tangenti calidus, & bilioſus, & propenſus ad iram, & hirtus ſit calidus hic ſiccuſque natura eſt. Non tamen neceſſe eſt, nunc quoq; cum ægrotare incepit eundem planè habere affectum. Fieri enim poteſt, vt in deſidia vixerit, idque cum frigidis humidisq; potione & cibis: ad hæc etiam cum balneis poſt cibos, & multo ſomno: præterea in regione fri-

7.Meth.

In art. med.

9.Meth.

gida & humida, & hyeme, in qua frigidus & humidus exuperabat cœli flatus. Rurſus fieri poteſt, vt horum præceſſerint contraria, id eſt calfacientia & ſiccantia; idque per ſingula dictorum iam generum. Ergo ſi quo ad præſens temperamentum noſcendum deficiamur, id ex præeuntibus ipſis ſupplebimus. Ex illo verò inuento adminiſtrandorum indicatio ſuppeditabitur.

DE TERTIA INDICATIONE, à parte affecta. Cap. V.

3. Meth. TERTIA à particulæ affectæ natura ſumitur; ad quam, præter eam quæ totius eſt corporis, intentionem habere oportet, quatuor aut quinque modis; conſiderando videlicet illius temperamentum, conſormationem, poſituram, facultatem, ac ſenſus acuitatem, vel hebetudinem. De quibus omnibus particulatim, ac ſeorſum dicendum.

1. De temperamento partis affectæ.

COnſideranda eſt temperatura partis affectæ, an eadem omnino ſit cum toto corpore, an verò diſsimilis ac diuerſa. Quod illa introducendæ qualitatis menſuram, ſicut & totius corporis temperamentum, præſcribat: hæc diuerſam omnino indicationem præbeat. Indicat enim quę ſimilis, ac cum toto corporę eadem eſt, calidiores natura partes ex frigore laborantes, liberaliùs & diutiùs calefaciendas.

Frigidio-

Frigidiores natura, quæ ex calore laborant, valentiùs refrigerandas.

Sicciores, ex humiditate affectas, impensè ſiccandas.

Humidiores natura, vbi ex ſiccitate laborant, tum vberiùs, tum diutiùs humectandas.

Contra verò, calidiores natura partes calido morbo affectas, exigua breuisve temporis refrigeratione reducenda.

Frigidiores, frigore ægrotantes, eadem moderatione calefaciendas.

Humidiores, humiditate læſas, modicè deſiccandas.

Siccas, modicè humectandas, cùm in ſiccitatem lapſæ fuerint.

Paruus enim eſt in eiuſmodi in id, quod preter naturam eſt lapſus, & rurſus in id, quod ſecũdum naturam reditus. Vnde etiam minùs periclitantur quicunq; cognato naturæ ſuæ morbo laborant. Hip. aph. 34. lib 2. Pari ratione coniunctas intemperies eatenus ad naturam reduces, quatenus à natura receſſerunt. Quippe catenus redeat ad naturã eorum quodq; neceſſe eſt, quatenus à natura receſsit, ac veluti quadã via retroferatur, quæ in diuerſum agat ei, q̃ facta in ipſo eſt tranſmutationi. Menſurã quomodo attingere liceat, in ſecũda indicatione dixim⁹.

Diuerſa particulæ affectæ temperatura diuerſam ab ea, quæ ex ægri ſumitur natura iudicationem præbet. Quippe ſi quanto ægri temperamentum iuſto eſt humidius, tantò particula iuſtò ſit ſiccior, nec adijciendum, nec detrahẽdum 3. Meth.

pharmaco quicquam eſt: ſed tale adhibendum, quale ſi ulcus (ſit enim hoc exempli gratia) in medij temperamenti particula corporis mediocriter temperati cōſiſteret, adhiberemus. Sin ſiccior debito particula tanto fuerit, quanto corporis temperamentum iuſtò eſt humidius: utique in tantum intendi ſiccitatem medicamenti conueniet, quantum particulæ temperamentum totius temperamentum excedit. Veluti ſi quatuor numeris ſit exulcerata pars medio tēperamento ſiccior, ægri natura gradibus tribus humidior: manifeſtū eſt particulam, quę nūc exulcerata eſt, ſiccius uno gradu deſideraturam medicamentum quàm quæ pars ſit temperata. Indicationes quæ à calido ſumuntur, ad portionem dictorum intelligi poſſunt. Quæ omnia rationali coniectura accipienda ſunt.

2. *De formatione, & figura partis.*

a. ad glau. FOrmatio partis, alterationis menſuram, & uacuandi modum ipſa quoque indicat. Siquidem partes omnes quæ neutra ex parte caua habent, quæ fluxionem ſuperuacaneam excipiant fortiter ſunt exſiccandæ, tametſi natura admodū ſiccæ non ſint, cuiuſmodi ſunt nerui in artubus potiſsimum. Quæ uerò tā extrà, quàm intrà nonnihil inflammationis relaxare poſſunt (cuiuſmodi ſunt omnia ferè uiſcera; quæ tā intrà ſe, quàm extrà, lata obtinent ſpatia) uehementer exſiccantibus non egent: præſertim ſi fungoſa earum caro ſit, qualis eſt pulmo. Qui etiam intrà ſe latas

arterias

arterias habet, & extrà ſe pectoris capacitatẽ. Quę ergò raræ ſunt, ut pulmo facilè, niſi quid aliud impediat: quæ uerò denſæ, ut renes, & iecur, ægrè foras humorem fundunt. Atq; ubi coierint partis raritas, & utraque parte ſpatia quæ excipere poſsint humorem, leuiter exſiccantibus utendum. Vbi uerò neutra parte ſunt ſpatia, & partis ſubſtantia dura denſaq; eſt, uehemẽter exſiccantibus opus eſt. Quod ſi alterum tantum adeſt, mediocriter eſt ſiccandum. Ad quorum exemplum de cæteris qualitatibus ratiocinari, atque agere licet.

In uacuando indicat formatio, ſeu figura, uentriculum uomitu, deiectioneque inaniri: inteſtina deiectione tantum: iocinoris caua deiectione. Renes uerò, & ueſicam, & iocinoris gibba, ſi multo uitioſo ſucco ſunt referta, per deiectiones & pharmaca deiectoria: ſin mediocri, per urinales meatus. Vterum per menſtrua. Cerebrum per palatum, nares, & aures. Pectus, & pulmones tuſsi, per aſperam arteriam, & fauces. Multa autem figura cum ſitu communia habet, de quibus paulò poſt dicetur. 7.5. Meth.

3. *De poſitura, ſituve, ac ſocietate cum vicinis partibus.*

AFFECTAE partis ſitus, poſiturave non pauca, tum ad emendandas intemperies, tũ ad ſuccorum uitia tollenda indicat. Ad delendas quidem intemperies, ut ſequitur. Nempe quod affectu in ſumma corporis, & ſuperficie exiſtente, 7. Meth. & 2. ad glau.

In art. med. & 4. meth. ea applicanda ſint remedia quæ intemperies requirit. Quibus autē in profundo corporis intemperies eſt, in his interualli rationē inibimus, remediumq; inueniemus tale, cuius vis nequaquam in itinere anteà exoluatur. Si itaq; calidius eſſe oportuerit eo, quod eſt moderatum, non ſolum tātam habeat caliditatem quātam exigit morbus, ſed vltra eādem mēſuram tantum adijciatur, quantū ex ſitu, vt pertingere poſsit ad patientem locū, ſit neceſſarium. Si verò frigidius: non ſimpliciter tantum frigiditatem augere oportet, ſed & materia quoq; eſt animaduertenda. Si enim craſſa ſit (vt in adſtringentibus) non admodum poterit ad profunda penetrare: at potius contrarium præſtabit effectum, ſpiſſando ſuperficiem, atque denſando. At ſi tenuioribus cōſtet partibus (ſicut acida) poterit ſanè plurimū ſubire profundum. Idem in humectantibus, atq; exſiccantibus accidit, in quibus craſsitudo, atque ſubtilitas partium ſubſtantiæ eſt
c. ad glau. inſpicienda. c. 89. artis med. Quare medicamenti ſiue id foris adhiberi, ſiue deuorari, aut hauriri debeat, vires non præſentes, ſed quales dùm ad affectū locum peruenerint futurę ſint, cōſiderandæ Igitur quæ in pulmonis inflammationibus pectori forinſecus imponuntur medicamenta, lōgè vehementiora & acriora natura quàm ſi ipſi viſceri admouerentur, eſſe debēt. Eius enim, quod per multa corporis membra intermedia tranſiens ad locum affectum peruenturum eſt, vires ſiquidem per initia eſſent imbecillæ, omnino ſathiſcerent, atque euaneſcerent. Tantum igitur aduentitij ro-

boris adijciendum eſt, quantum tranſeundo amit tunt: vt quod ſupereſt, æquale exiſtat ei quod tactu iuuat. Itaq; externis pectoris inflãmationibus abundè faciunt quę ſolũ relaxare poſſunt: internę verò, qualis eſt mẽbranæ quæ coſtas cingit, acriora deſiderant. Lienis verò, & iecoris, omniumq; peritonæi partium inflammationis eadem ratione curãtur. Sæpè enim cutis ab admotis medicamentis vlceratur, etſi viſceribus lõgè durior ſit, potentiusque reſiſtat. Quòd ſi ipſis viſceribus medicamenta quibus aſsiduè egent admoueri poſſent, eo mitiora eſſent imponẽda, quò eorũ natura faciliùs afficitur. Quæ verò & vorare & haurire medicamẽta iubẽt curãdis viſcerũ affectibus idonea, longè acriora, & vehemẽtiora eſſe debẽt, q̃ quæ affectæ partes efflagitãt: exceptis his quę vẽtri, & ſtomacho cõferunt. Sola enim hæc talia adhibentur, qualia morbus poſcit, quod breui ac expedita via ad dictas particulas prõptiſsimè deferantur. Reliqua verò omnia acriora, & valentiora viribus eſſe oportet: ac ea maximè quæ ad renum, & pulmonũ vitia adhibentur. Cõſiderare itaq; oportet quot numero partes permeat medicamẽtum, antequàm ad partem affectam deducatur: vt pro ratione itineris, eius vim augeamus. Vt (exempli gratia) quod ad pulmones fertur, primùm quidẽ per os tranſit: deinde fauces, & ſtomachum: poſtea ventriculum ipſum, & quædam ex gracilioribus inteſtinis: deinde ad meſenterij venas, poſt ad venas partium ſimarum iecoris, ex quibus ad gibberarum venas peruenit: ex his verò ad ca-

uam: poſt quam, ad cor: tandem ad pulmonem. Neq; negare poſſumus quin in ſingulis hiſce partibus, humoribus quibuſdã id miſceatur, & mutationem quandam alterationemq; naturæ viſceris familiarem recipiat. Quapropter, quod de eius virtute ſupereſt, minus omnino, ac hebetius eſt, quam vt læſam particulã iuuare poſsit. Quod ergo tam lõga via, ac multiplici in trãſitu alteratione hebeſcere ſolet, efficaciore qualitate, ac copia
7. Meth. intẽdi debet. Ad ſuccorum vitia tollenda confert ſitus, ſiue ſimplicem à parte affecta vacuationem, ſiue etiã deriuationem, aut reuulſionẽ conſideres. Quibus præmitti ſolet vniuerſalis, hoc eſt totius corporis, per venæ ſectionem, vel per medicamen
2. ad gl. & 5 & 13. Meth. tum detractio. In reuulſione quidem, ſeu retractione, quã ἀντίσπασιν vocat Hippocrates (fit hæc ad contraria ſemper, & ad longinqua; & ſuccorũ adhuc influentium medela eſt) oſtendit per communes, & cũ parte affecta ſocietatem habẽtes venas, ac vias ad humores depellendos, κατ' ἴξιν, hoc eſt ſecundũ rectitudinẽ, non mathematicã ſed naturalem, quæ ſecũdum fibras & filamẽta venarum fit. Qua ratione in vteri affectibus reuellimus aperta cubiti vena: appoſitis ſub mãma cucurbitulis: calefactis manibus & brachijs, ijſdemq; confricatis, dolorificè ligatis, interdum etiam ſcarificatis: dextras partes dextris uteri partibus male affectis aſsignantes, ſiniſtras ſiniſtris. Reuellit etiã ab utero uomitus. Ex renibus, coxa, ueſica, pudendo, reuellimus miſſo ex cubiti uenis ſanguine, uomitu, frictionibus, fomentis calorificis, uinculis,

culis,& ſcarificationibus brachijs adhibitis:interdum etiam cucurbitulis ſcapulis affixis: ſeruata ſemper rectitudine. Ex liene,apertà ſiniſtri cubiti vena interna,aut media:ſecta circa medium digitũ ſiniſtræ manus vena:& uomitu. Ex iecinore,ſecta dextri cubiti uena interna,uel media, quando altera nõ apparet. His etiam ex pectore pulmone, corde,reuellere ſimul ac deriuare licet. Ex ſtomaco uerò, adhibitis clyſteribus acribus aut balanis efficacibus,& inferiorũ partiũ frictionibus, fomẽtis,vinculis fit reuulſio, nec nõ cucurbitulis inguinibus, aut pubi affixis, mẽſtruis etiã purgationib. Ita nãq; natura facere ſolet. Mulieri(inquit Hippocrates)ſanguinẽ uomẽti, mẽſes ſuperuenientes remedio ſunt. Ex ventre inferiore, uomitu; ſuperiorũ extreminatũ frictionibus,ligaturis, & fomẽtis calorificis. Ex partibus ſuperioribus, ut in angina, ophthalmia,occipitis affectibus,cęterisque in quacunque parte capitis extiterint, ſecta externa cubiti uena,correſpondente: affixis ſecundũ; rectitudinẽ partibus inferioribus cucurbitulis, utputa cruribus,fœmori,hipochundrijs,pubi, cum partes anteriores ægrotauerint: & natibus,;aut coxis, cum poſteriores affectæ fuerint. Ad id etiam confert meatus qui ex aduerſo poſiti ſunt relaxare,ac aperire,ut aluũ,urinæ uias,menſtrua,hæmorrhoides & extrema inferiora calefacere,perfricare,arctius ligare,ſcarificare,urere,ulcus in eis excitare,quod diu apertũ teneas. Ex partibus inferioribus,ſectis eiuſdẽ lateris uenis ſuperioribus:uomitu, cucurbitulis ſurſũ admotis,ueluti ad mãmas, in fluxu mẽ-

ſtruo: ſuperioribus partibus in rectitudine perfricatis, calefactis, arctius ligatis, ſcarificatis. Ex dextris quoque ad ſiniſtras retrahimus: & à ſiniſtris ad dextras: unde altero affecto crure alterũ ſcarificare iubet Gale. 13. methodi. Et à partibus anterioribus in poſteriores fit reuulſio, cum naribus, oculis, fronte, & ſyncipite affectis, cucurbitulas, ſetones, cauteria, uel cauſtica medicamenta, quæ ulcus quod diu apertũ teneas excitẽt, occipiti, aut in ſumma ceruice, aut humeris imponimus. Qua ratione etiã à poſterioribus in anteriores retrahimus, cùm in occipitis affectibus, frontis aut nariũ uenas incidimus, humorẽ per palatũ aut nares expurgamus, brachia perfricamus, calefacimus, conſtringimus, ſcarificamus, urimus. Interna etiã ad externa reuellere dicimur, cũ urinas, ſeroſosque humores in ſudorẽ conuertimus: & cùm paruos, putres, malignos, aut uenenatos humores, uel ſpiritus ad ſuperficiem trahimus, & diſijcimus. Pari ratione externa retrahimus cum ſudores immodicos per urinæ uias, per aluum, menſtrua, hæmorrhoides trudimus. qđ interdũ ad deriuationẽ ſpectat. Reuellunt etiã quodammodo repulſoria remedia, partibus affectis admota. Succedit deriuatio, quam παροχετευσιν vocant, humoribus partẽ ipſam iã obſidentibus, & fluere ceſsãtibus deſtinata. Eſt autẽ vacuatio quædã ad latus: fitque ad vicina ſemper, & proxima, ſecũdũ rectitudinem, per communes ac conſentientes venas ac vias, quas ſitus oſtendit. Sic ex vtero, renibus, coxis, ueſica, & pudendo deriuamus. ſectis quæ in poplite,

aut

aut malleolis ſunt uenis eiuſdem lateris: cucurbitu lis fœmori è directo affixis: cruribus eiuſdē rectitudinis calefactis, perfricatis, arctius ligatis, ſcarificatis: ſubducto etiā uentre, atq; reſeratis hæmorrhoidibus. Sed ex uijs urinæ ad uterū quoque optima fit deriuatio, coxis etiā cōueniens. Ex quibus etiam, atque ex vtero, per ſudores, & vrinas deriuare licet: qđ interdum reuulſio vocatur. Idē autē nihil prohibet reuulſionis, & deriuationis ſubire naturam, & nomen. Deriuamus ex ventriculo, per ſeceſſum, per vomitū, per vrinas, & menſtrua. Ex inteſtinis per deiectionem infernam, vrinas, menſtrua, hæmorrhoides. Ex ſtomaco, per vomitū veriùs quàm per aluum: ſed & per vrinas, ſudores, & mēſtrua: qđ tamen remotius eſt, & ad reuulſionem magis accedit. Ex liene, per vētrem, vrinas, mēſtrua, hæmorrhoides. Ex iecinoris gibba, per vrinas, & per ſudores: ex caua, per aluum. Vtrique parti conueniunt menſtrua, & hæmorrhoides. Ex pectore, pulmone, corde, ſecta è directo interna cubiti vena, vel media: cùm altera nō apparuerit. Id autem ſimul & deriuat, & reuellit. Per arteriā, & fauces, è pectore & pulmone interdū deriuare videmur: ſæpiùs à partibus ipſis vacuare. Ex capite, cerebro, atque eius membranis, ad palatū, nares, & aures deriuamus: necnon ſectis frontis, auriū, uel nariū, aut linguæ venis: & cucurbitulis poſt aures, aut occipiti affixis: aut cauterio, vel ſcarificatione, aliàve exulceratione ad latus affectæ particulæ. Poſt reuulſionē, & deriuationem adhibetur particularis (quam ſimplicem nomina

minauimus)vacuatio,coniunctam, partìque hærẽtem materiam educens. Vbi ergo malũ inueteratum fuerit,ipſaque reſtiterit humorũ fluxio, neque retrahes, neq; deriuabis:ſed cùm iam vniuerſum corpus ſatis purgatũ fuerit, non incipiẽte,ſed firmato iam morbo (alioqui & humores irritaueris, & malũ geminaueris) ſanguinem materiàmve à patiente particula educes. In angina quidem venas ſub lingua incidens: lieni & iecori affectis aut cucurbitulas, aut localia quæ per halitum vacuent,medicamenta imponens:alias quaſcunque partes ſcarificans, hirudines admouens, topicis calidis digerens, acribusque euocans, atque trahens,prout affectus exiget,& læſa particula patietur.In his omnibus oſtendit ſitus quo loco ea applicanda ſint. quod affectu in partibus externis exiſtente latere non poteſt:at in internis conſiderationem aliquam requirit.Sicut in gula,qua ægrotante cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus:non autem ad pectus, quemadmodum cùm os ventriculi phlegmone vrgetur. Siquidem gula ſpinæ ſuperiacet, per collum & pectus deorſum vſque ad ventriculum porrecta. 13.meth.

Indicationes ſitui,& figuræ communes.

Meth.

A Poſitu & figura excogitatum eſt ei cui exulceratus ventriculus ſit, medicamenta eſſe bibenda. Cui gula, non ſemel, nec tota ſimul aſſumenda, ſed paulatim, & aſsiduè.quando ex tranſitu,& cõtactu vulneribus quæ hic ſunt

vtili-

vtilitas accedit,non ex continendo, & diutius adhærendo,ſicut ijs quæ in ventriculo ſunt. Quinimo & quod craſsiora hæc, & magis lenta ſint adhibenda, id quoque à poſitu & figura indicatum eſt. Nam quoniam gula tranſitus quidam comeſtorum bibitorumque eſt, idcircò remediorum eget,quæ adhærere,& vndique quaſi concreſcere, & quaſi agglutinari poſsint, non autem quæ elui ac effluere ſint prompta. Ac circa partes eius velu ti cõcreſcunt, quæ craſſa ſunt:agglutinantur, quæ lenta ſunt.Quæ verò vlcera in craſsis ſunt inteſtinis, ijs quæ per ſedem inijciuntur remedijs magis egent.Quippe cui magis ſunt propinqua. Quæ in tenuioribus habentur (quoniam & longinquiora ſunt,& medio ſitu poſita) ambo requirunt, & quæ ſupernè ſumuntur,& quæ per ſedẽ infundun tur.Sed & gargarizare quoque iubendũ eſt ei qui ad fauces & pariſthmia parabit remedia.At ad vlcus qđ in aſpera ſit arteria, vt ſupinus quàm diutiſsimè in ore teneat,ac omnes qui illic ſunt muſculos relaxet, remittatque præcipiendũ. Influit enim ſic ſenſim,& paulatim de medicamẽto aliquid ſenſibiliter, & manifeſtè in ipſam arteriam. Nã & cũ naturaliter ſe habet, ſcire licet potionis nõnihil huc percolari.Sed veluti in ſecũda valetu dine,ita nimirũ in aduerſa cauẽdũ eſt ne largiùs influat,vtpote qđ tuſsim excitabit. Nã quoad humor vndique iuxta tunicas arteriæ,ceu iuxta murũ aqua deſcẽdit,tuſsim vtiq; nõ cit:ſi quid ꝑ medіã ſpiritus viã incidit,tuſſes ſtatim excitat. Tum hæc igiť à ſitu & forma partiũ oĩa ſunt deſumpta,

tam verò non minus illud qđ omnibus medicamentis, quæ thoracis & pulmonũ vlceribus ſunt deſtinata, mel ſit admiſcendũ: quãdo ſi auſtera ijs duntaxat medicamẽta exhibebis, ea in ventriculo morabuntur. Ergo digeſtionis eorũ in corpus inſtrumẽtũ mel erit, ac celeris tranſitus vehiculum; cũ eo qđ nec ulceri nocebit. Ad eundẽ modũ quoties in ueſica & renibus uitium conſiſtit, non ſolum mel ipſum, ſed etiam eorum quæ urinas mouent quippiam, ulcerum medicamentis miſceri oportebit. Verùm non hac modo, ſed etiam non pauca ex figura partium, poſituraque indicantur. Quippe quandò nec deligare commodè ægram particulam poſsis, niſi priùs uel ex figura, uel poſitura, uel utriſque indicationẽ ſumpſeris: ſed nec immittere in ſedem clyſteris fiſtulam commodè queas, abſque eius generis indicatione. Iam per penem inijcere medicamenta in ueſicam ſæpè neceſſum eſt, idque per catheterem, Quo probè uti omnino nequeas, niſi & poſitũ, & figurã totius ueſicæ planè perfectam habeas. His accedit uelut au-
5. Meth. ctarium, quòd inſtrumentis aliquando utimur pro partis ipſius proprietate, alijs ad ueſicam, alijs ad omnia inteſtina craſſa. Quippe in hæc per clyſterem: in uterum per metrenchytas uterinos clyſteres, idoneorum aliquod medicamentorum immittimus. Sic & in ueſicam per indirectũ foratas, fiſtulas, quas ſiphones rectos appellant, Ad quorũ exẽplũ excogitati ſunt auricularij clyſteres, quos Otẽchytas uocãt. Horũ omniũ certitudinẽ ex diſſectionib. habemus, ſicut & eorũ quæ ad nares, ute

rum

ſū & inteſtinū rectū parantur. Sunt autem naſalia, peſsi, balani, ad partium quibus accommodantur figuram ſitùmque adaptati.

4. *De facultate præſtantia ac dignitate partis.*

QVARTVM quod in particula affecta conſideratur, eſt facultas, & actio: atque utilitas, dignitas, ac præſtantia illius. Quæ quidem ad nudas intemperies quæ ſine humore ſunt, nihil ferè confert: ad eas uerò quæ cum affluxu humorum ſunt, conducit plurimum. Videndum itaque an pars quæ afficitur de earum numero ſit quæ totius corporis partibus communes uirtutes habent, atque adeò neceſſarias, An uerò facultatem habeat uniuerſo corpori utilem, non etiam alteri parti communem, An communem quidem: ſed cuius actio ad uitam neceſſaria non ſit, licet miniſterium præſtet ad uitam neceſſariū: An uerò priuatam, ac propriam, An aduenititiam, & ſubſeruientem. quòd ex his utilitas, neceſsitas, ac præſtantia partis deprehendatur, ad medendi methodum prærogatiuam quandam ſibi uendicans. Virtutes totius corporis partibus communes, atque adeo neceſſarias habent cor, cerebrum, iecur, teſtes, quatuor principia. Cor uirtutis uitalis fons & origo, uitam per arterias cæteris partibus omnibus diſtribuit, dignitate præſtans, prima omniū, ac maximè neceſſaria particula. Iecur principiū facultatū naturaliū, uim ſuam diffundit per uenas, & alimentum præſtat uniuerſo corpori: poſt

1. ad glau. & 6. meth. & in arte medi.

cor,

cor, pars maximè omniũ neceſſaria, q vt vita, ſic nutrimẽto egeant omnes corporis particulæ. Cerebrum facultatis animalis fons & origo, motum & ſenſum per ſpinam, & neruos in vniuerſum corpus diſpergit. Huius par robur in ægrotis non requirimus, cum neceſſe omnibus nõ ſit neruorum ac muſculorum opera vti. Itaque abundè fuerit, ſi tãtũ eius ſeruatum ſit, quo reſpirationis munus ſit obeundum. Teſtes ad ſpeciei conſeruationem deſtinata principia, cum alijs præcipuis partibus cõmunitatem habent maximam. In his his quatuor non leuis habenda ſolicitudo de robore virtutis, ne hanc vel magna ſemel euacuatione vſus, diſſoluas: vel partem immodicè relaxãdo, offendas: vel immodicè refrigerando, inſitum calorem (qui ſanè aut ſubſtantia virtutum eſt, aut certè primarium ac neceſſarium ipſarum inſtrumentum) extinguas; vel alienis qualitatibus diſſoluas, ſuffoces, vel exhaurias. His ergo adſtrictorium aliquid ſemper adiungendum, quod robur inducat. Virtutes habet vniuerſo corpori vtiles, non etiam alteri parte communes, ventriculus: cuius chyli conficiendi munus partibus omnibus non ſolum vtile, ſed & neceſſarium apparet. Vteri quoque munus vt ad cõcipiendum atque efformandum fœtũ particulare: ſic ad conſeruandam ſpeciem vtile omnibus dici ſolet. Harum partium robur ſecundo loco, ob publica illa munerum, cuſtodiendũ. Verùm ad portionem iocinoris, ventriculi opus ſe habet: vteri, nõ itẽ. Virtutes habẽt cõmunes quidem, ſed quarum actiones ad vitam neceſſariæ nõ ſint,

licet

licet quædã miniſterium prȩſtent ad vitam neceſſarium: Renes: Lien: veſica tum lotij, tum bilis, tũ uaſis quæ ab utraq; procedunt; vẽter: Thorax; pulmo: Arteria aſpera: fauces. Ex quibus quàmprimùm vacuare redundantiã licet, prout volueris, modo ne quid diſſoluas nimis. Priuatã ac propriam, ſibi ſoli inſeruientem facultatem habent, priuatumq; munus obeunt, crura, & brachia; ex quibus audacter vacues licet, prout affectus ſuadebit, ſed uirtuti etiã attentus: minùs tamen q̃ in cæteris. Crus enim relaxantia, ac digerentia facilè tolerat; ſtomachus, iecur primeq; dignitatis particulæ, non item: ſed quæ perpetuò robur ſeruent, Alioqui contractã ex eiuſmodi medicamẽtis noxam alijs partibus cõmunicabunt. Aduentitiam, minùs principalẽ, ſecundariam, ac ſubſeruientem facultatẽ habent, ſpinæ medullæ, nerui, muſculi: quæ motum & ſenſum ex cerebro aſſumentes, ad cæteras partes deferũt: Sic arteriæ, quæ ſumptum à corde uitæ ſpiraculũ vniuerſo corpori communicant. Et uenæ, quæ nutritorias, & auctrices facultates à iecinore manãtes omnibus corporis partibus ſuppeditant. Et uaſa ſpermatica, quæ teſticulis ſubſeruiunt. His mederi uolẽtes, originum rationem habebimus, harũ robur conſeruantes pro facultatis earum vſus portione, quò uidelicet animalis partibus ſubminiſtrẽt. Ergo cùm partes aliquæ ſenſu motuq; priuabuntur, ſpinali medullæ, ac cerebro applicabimus remedia, quȩ roborent: cùm nutrimento deſtituentur, firmabimus iecur, cùm uitali ſpiritu, cor ipſum: quòd ab his ceu fontibus,

tibus, in alias omnes particulas commemoratæ fa cultates deriuentur.

5. *De ſenſus acuitate, aut hebetudine.*

2.ad glau & 7.meth. SVb indicatione quæ à facultate, & viribus par tiũ petitur, ſenſus hebes, acutusq; continetur. Nã quæ inſigniter ſentiũt, acria medicaměta non ferũt. quemadmodũ nec humores acres: velut ſto machus, & oculi. Si enim acer quidam humor os vẽtriculi occupet, in ſyncopen ægri ſępè labũtur. Quod ſi permodicè afficiatur, anxietate & nauſea premũtur: aliquãdo infeſtũ humorẽ vomẽtes, aliquãdo verò fruſtra enitentes, qđ in his potiſsimũ affectibus accidit, quibus os vẽtris vitioſo humore imbuitur. Itidemq; cũ in oculos eiuſmodi humor influit, maximũ dolorẽ inuehit, vlceroſasq; puſtulas, curatuq; difficiles excitat. Eadẽ ratione neq; oculi acriũ medicamentorũ contactũ ob ſentiendi præſtantiã ſuſtinẽt, quemadmodum nec os
7.Meth. vẽtriculi. Neq; verò qđ aggrauet, ſi foris imponas, huiuſmodi partes patiũtur: minuſq; vẽtre oculus, vtpote qui nonnunquã ab ijs quę illinuntur medicamẽtis grauatur. Has ergo q̃ maximè citrà dolorem curare tentandũ. Partes verò quæ hebetioris
2.ad Gla. ſunt ſenſus, tũ grauia cataplaſmata, tũ mordentia medicamẽta ferũt. Siue igitur quis cũ quatuor cõmemoratis à particula affecta indicationibus, eã q̃ à ſentiẽdi facilitate & hebetudine ſumiť, quintã enumerare velit, ſiue ſub ea q̃ à facultate ſumiť cõprehendere, nihil ad rectã curationem refert.

Com-

Communis partium indicatio.

COmmunis autem omniũ internarũ partium eſt indicatio, vt ea eligãtur quę animalis naturę maximè ſint familiaria, ſiue ea cibi ſint, ſiue medicamẽta: fugiãtur, reſpuãturq; cõtraria. Hoc conſiderantes, ꝙ quædã extrinſecus admota proſunt, quæ per os aſſumpta perniciẽ afferre poſſunt. Siquidẽ in ijs quæ foris ſunt vlceribus, innoxius eſt æruginis, æris vſti, æris ſquamæ, & cadmiæ, & põpholygis, & lithargyri, & ceruſæ, ſimiliumq; medicamentorum vſus: quæ in interioribus exhiberi nõ debẽt. vel hypociſtis, balauſtiũ, cytini punicorũ, galla, malicoriũ, terra ſamia, lemniũ ſigillũ, & rhois, roſarũq; ſuccus, & acacia, aliaq; id genus, quæ vlceribus internis præſidiũ afferũt, nec vllam viſceribus noxã inferunt. Adde qđ medicamenta quædã tota ſua natura ad has aliãsve particulas facultates ſuas prõptiùs dirigũt, vt eupatoria herba, & abſinthiũ, ad iecur: glans vnguẽtaria, capparis, ſcolopendriũ, Aſplenion, tamarix, ad lienẽ: ſaxifraga & betonica, ad renes: artemiſiã, & ſabina, ad vterum: mentha, & galanga, ad ventriculum: crocũ, ad cor: inula, hyſſopum, praſsium, ad pectus: pæonia, ad cerebrum: chelidonia, ad oculos: Chamæpithys, & hermodactyli, ad iuncturas. Gal. de theriaca: & 13. meth. & recentiores.

DE QVARTA INDICATIONE *a viribus ægrotantis.* Cap. VI.

QVARTA indicatio à viribus ægrotantis ſumitur, cuius dignitatem ſi æſtimes, prima

9. Meth. omnium, ac potiſsima cenſebitur: ſi ordinem curatiuum, quartum locum meritò poſsidebit. Neq; enim ſic prima eſt, ut curationẽ nos doceat, quum ex numero curatricũ indicationum nõ ſit, ſed ut (ſic dicam) uitalium. Nam neq; ut ualeamus, neq; ut à morbis liberemur, ab ea quicquam primũ deſumimus, ſed ut uiuamus: quãuis ex accidenti interdum uirtutis roboratio ad affectus curationem conducat. Atque adeò ſæpè eſt neceſſaria, ut quæ circa ęgrũ adminiſtrãtur, omnia fermè eius vnius cauſa fiant. Aliquãdo tamen minùs neceſſaria eſt, ſic ut aliquid ex hac quoq; ad ea quæ faciẽda ſunt conſilij petatur, nõ tamen præcipua faciendorum ratio huic omnis referatur. Nonnunquam adeò exiguum ad inuenienda remedia confert, ut propter exilitatem etiam lateat. Aliàs uerò remitti ac ſilentio præteriti, quaſi prorſus ex utiliter conſiderandis non ſit: ut in diarijs febribus. Quod tamen nón ſolũ in uiribus, uerum etiam in reliquis omnibus quæ aliquid faciendum indicant uſu uenit, ut aliquãdo aliud eorum alio minùs, aut plus ualeat: & interdum adeò ualens ſit, ut ſolum indicare uideatur: interdum adeò imbecillum, ut penitus omittatur. Conſiderandę ſunt uires in facultatibus uniuerſum corpus diſpenſantibus: quas Plato animas uocat, propriam cuiuſque ſubſtantiam inueniens. Eſt enim earum quædam ad nutriendum animal neceſſaria, ac cum ſtirpibus communis, quæ iecur ueluti pro fonte habet, canales uerò ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas uenas naturali ſpiritu (de quo tamen dubitatur) diſtentas.

Hanc

Hanc ſeu appetitricē, ſeu naturalem, ſeu altricem uoces, nihil intereſt: ueluti nec ſi animam, uel facultatem. Altera eſt, quæ non modo, ut ſtirpibus, aut uita præditis, ſed etiam, ut animalibus, anima eſt inſita. Hæc ſedem in corde habet, ipſo quoq; inſiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ ſunt, in quibus uitalis ſpiritus defertur, nutritus quidē ex inſpirando, ſed tamē & ex ſanguine halituoſo. Vocaturq; hæc multis ſanè nominibus. Nā & facultas ſiue uirtus uitalis, & facultas ſiue uirtus animoſa, & anima animoſa dr. Tertia, anima ratiocinatrix in cerebro domiciliū habet. Ea uoluntarijs actionibus unà cū ſenſibus preſidet. Vtitur & hæc particulis quibuſdā, ceu canalibus, nempè ipſis neruis, ſenſum motumq; per hos in totū animal tranſmittens, ſpiritu quodā animali, qui in cerebro elaboratus, partim ex inſpirando, partim ex eo, quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur, atque alitur. Ergo has facultates ſeruare, nihil planè eſt aliud quàm uitam ſeruare. Siquidē monſtratū eſt qualibet earum amiſſa, neceſſe eſſe reliquas quoque unà perire. Maxima igitur dignitas ipſarum eſt uirium, quoniam uiuere ipſum ex harum cuſtodia conſtat, utpote cum uitam, aut ipſas eſſe uires, aut earum actiones ſit neceſſe. Vnam ergo rem ſemper indicabunt: utiq; ſui cuſtodiam. Cuſtodientur autem primo quidem ſi, quod ex ſubſtantia ipſarum, uel inanitum, uel alteratum eſt, correxerimus. Secundo, ſi quæ ipſarum ſubſtantiam uacuare, alterareq; poſſunt, prohibuerimus. Comprehenſa uerò interea quæ

alterant breuitatis cauſa ſint, & quæ earum unita-
11. & 12. meth. tem diſtrahunt. At verò cuſtodia ſimiliũ exhibitionem indicat: ſed alteratio contrarietatem, quæ ad moderationem ſimilibus conſeruandã trahat. Cumq; virium ſubſtantia, tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis quæ ex ſemine genitali cõditæ ſunt, compleatur: ex ijs quæ ſimilia ſunt, moliri cuiq; ſuam διαμονὴν, ſeu cuſtodiam conueniet. Spiritui, ex reſpiratione ac tranſpiratione, & qui ex ſanguine attollitur vapore (liceat verò hic quoq; vel Græcè ἀερῶσιν quaſi aerationẽ dicas, vel ſanguinis attenuationem, vel in halitum ſolutionẽ, vel vtcunq; libuerit, appellare) ſolidorũ verò generi, ex ſolido nutrimẽto. Carnoſo generi, per eam rerum naturã, quæ in medio humidorum, ac ſolidorũ corporum eſt. Porrò cuiuſq; horum modũ ex cõſeruandæ ſubſtantiæ modo inuenies: qualitatem verò ex ipſius temperie. Cumq; diuerſitas non parua ſit in partium animalis temperamento, propriam cuiq; menſuram adhibebimus eorum quæ ipſi ſint ſimilia: nempe ei quæ terrea magis eſt, eorum quæ magis ſint terrea: & ei quæ humidior eſt, eorum quæ ſint humidiora: Ad eundem modum & ei quæ magis aërea eſt, eorum quæ plus huius ſubſtantiæ in ſe habeant: ſicut calidiori, eorũ quæ magis ſubſtantiæ igneæ participent. Hinc verò iam materias particulares omnes in cibis, potione, aere, & omnibus peragi ſolitis, inueniendas eſſe colligitur: Quibus plenè cognitis curandum primùm eſt, vt aer quem inſpiramus, ſit optimè temperatus, & ab omni corru-

ptela,& inquinamēto alieniſsimus, vt nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris ſibi admiſceat, aut aliquid ex putredine leguminū, vel olerū, vel animaliū, vel cuiuſcunq; rei contrahat: aut halitus ex ſtagnis, vel paludibus, vel fluuio recipiat. Deinde etiā prouidendū, vt potus ac cibi, tū recta quātitate moderati, tū qualitate exacti exquiſitiq; ſint, vt per ea carnoſum genus, ipſaq; ſolida corpora (in quibus vel maximè conſiſtere videtur viriū ſubſtātia) ſint ſano tēperamento. Quippe ad conſeruandū virtutis robur, & ſyncopalē acceſſionē prohibendā ſingulare præſidiū eſt tēperamenti cuſtodia, ante oīa quidē triū principiorum: mox verò reliquarū partium quæcunq; in conſortiū affectus principia ſecū ex facili trahunt: cuiuſmodi eſt os vētriculi, quod propter exquiſitū ſenſum, tū alia ſymptomata nō pauca, tū verò ſyncopas accerſit. Sic ergo ſubſtātia ſpiritus, ipſaq; carnoſa ſolidaq; corpora nobis ſunt cuſtodienda in morbis, vt tū quantitate, tū qualitate, quoad fieri licet, naturaliter ſe habeāt. Ideò id agimus, ut quæ ſubſtantiæ portio defluit, hāc apponendo ſarciamus: qđ alteraſcit, in debitā temperiē per contrariā alterationē uindicemus. Si igitur tū uacuatio, tū alteratio ſenſim paulatimq; fiāt, etiā correctio utriuſq; ſenſim adminiſtrabitur: qđ munus ad artē ſanitatis tuēdæ ſpectat. Sin cōfertim, & ſemel, ac magna aliquādo uacuatio, uel etiā adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, medēdi methodū ad eorū ſanationē requiremus. Veluti enim mutationē in nōn naturalē habitū, quæ ſenſim paulatimq;

irrepit, corrigere ſanitatis tuendæ artis ſunt partes, ita eam quæ multa ſimul irruit ſarcire, ad medendi peritiam ſpectat. Cæterùm viriũ lapſus qui quidem ſolidiorum corporum ſubſtãtiæ digeſtendæ ſuccedit, in longiſsimis morbis ſubinde incidit animante ex frequenti atrophia, id eſt nutriendi defectu, extenuato. Præterea in ijs febribus acutis quæ corpus liquant. Qui ex ſubſtantiæ tẽperie mutata prouenit, accidit cum vel immodice ipſa fuerint calefacta; vel frigefacta, vel madefacta, vel ſiccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio verò in ſpiritu, tũ ex vitioſis prouenit ſuccis, tũ ex ambientis aeris malitia, qui alias alia de cauſa in hanc eſt mutatus: præterea venenatis facultatibus, aut animalium quæ virus eiectant venenis. Ipſius verò eſſentiæ ſpiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adeſt, quæ tum ex affectu animi incidit, tũ ingenti dolore, tum plùribus motibus (cuius & vigiliæ ſunt) tum ex immodica eius tenuitatte, & continentium eum corporũ raritudine, tũ verò ante hęc oĩa ex ipſo reſpiratu prohibito, & nutrimenti defectu, diligentiùs corrigi profectò poſtulat. Sunt porrò affectus animi timor ſubitus & vehemens, quẽ ἔκπληξιν Gręci vocant: pręterea quæ contraria huic timori eſt, voluptas maxima, Gręci περιχαρείαν vocant, quaſi exceſſum gaudij dixeris. Scimus enim amborũ occaſione perijſſe quoſdã. Iam reliqui quoq; magni timores omnes, & cum his maximę voluptates etſi non iugulant, at certè facilè reſolubilem infirmumq; ſpiritũ reddunt. Triſtitia verò, anxietas, &

ira,

ira,& cura,eo genere ſunt noxiæ quo frequentes vigiliæ; quoniam vires reſoluant. Ac in ijs quidē omnibus ipſa per ſeipſam mouetur anima,in coꝛporalibus autem actionibus ipſa corpus mouet. Reſoluitur autem eius robur vtroque motuum ſuorum genere, ſi modum excedant. De laboribus verò quid attinet dicere quo pacto & vehementius aucti quoſdam iugularint;& omnes certè læſerint,tametſi non ſuſtulerunt? In omnibus eiuſmodi caſibus manifeſtè videntur ægrotantes tum animo linqui, tum viribus reſolutis eſſe:non nulli verò (vt dictum eſt) etiam mori, ſcilicet aliàs ſpiritu ipſo deperdito, aliàs alterato,aliquando ex parte digeſto, non raro hæc vtraq; perpeſſo. Sed modum quo ſingula lædere ſunt nata diſquirere hic neceſſe non eſt:imò quòd lædunt,ab ipſa euidentia accipere, ac eo ad vires tuendas in morbis ſalubriter vti. Pari modo, etſi ſpirituum qui noſtrum corpus regunt ſubſtantia aliquando plus iuſtò extenuetur, vtroque profectò modo imbecilla fuerit,& tanquam temperie alterata, & tāquam diſsipabilis,vel exhalabilis, vel quocunq; modo libet appellaſſe, reddita. Eadem nimirum ratione etſi totum corpus tranſmutatum in immodicam raritudinem ſit, facilè ſpirituum ſubſtātia digeretur:quod & ipſa tenuium partiū ſit,& corpus eam non contineat. Ergò nec rarefaciendum immodicē ægrotantis corpus eſt,ſi ſpiritum retineri in ipſo ſtudes:ſed nec quæ in eo ſunt,per comeſta & bibita valenter extenuanda. 12.meth.

DE

DE QVINTA INDICATIONE, *ab aere ambiente.* Cap. VII.

QVinta indicatio ab ambiente nos aere ducitur, qui cauſæ ſine qua non rationem obtinet, cùm is ſit ſine quo nec tolli morbus, nec teneri ſanitas poſsit. Ambiens verò ipſe eiuſmodi
9. & 11. Meth. eſt redditᵘ propter tum regionem ipſam, tum habitationis locum, tum anni tempus, tum cœli ſtatum. Qui ſi contrariam morbo temperiem habet, è præſidiorum numero vnus eſt: ſin ſimilem, ægritudinalium cauſarum eſt vnus. Quoniam autem reliquas materias tum deligere, tum fugere licet: quam autē ambiens præſtat fugere non licet: imò neceſſe eſt præſenti cęli ſtatu vti, idcircò huic quoque attenti eſſe cogimur. Qui vtique ſæpè cum iis quæ morbus facienda ſuadet, eſt concors: ſępè diſcors, & qui contrà moliatur. Habebit ergo ambiens rationem modo materiæ ſanātis, modo cauſæ morbum fouentis. Quippe cùm humectari refrigerariq; morbus poſtulat, ſi hæc præſtat, ſanantis materiæ rationem obtinet. Sin calefaciat & ſiccet, morbificis cauſis eſt annumerandus. Vbi igitur cum medendi indicatione cōſonat, pro gratia eſt habendum: ſicubi aduerſatur, inhibenda eius noxa eſt, ſcilicet reliquorum auxiliorum humiditate ac frigore intenſis adauctisq;. Verùm cum eius mutatio, ex cœli ſtatu, anni tempore, & regione proficiſcatur, & cū loco habitationis communicet, vidēdum quid circa horum ſingula eueniat, quod methodum medendi promouere poſsit.

De

De loco habitationis.

IN loco in quo decumbit æger ſedulò agendũ eſt, vt ambientem quo ad fieri poteſt qualem eſſe expedit prępares: ſcilicet humidiores frigidioresque domos (vbi calidus ac ſiccus extiterit morbus) tum deligens, tum verò præparãs: ſicut è diuerſo, ſi frigida ſit humidaque morbi ſpecies, quę calfieri ſiccarique poſtulet, & eligendæ, & præparandæ domus ſunt quæ calfaciant & exſiccent. At deligendas quidem dico, quæ ex ſeipſis eiuſmodi ſunt. Præparandas verò, cum arte noſtra molimur per æſtatem ſubterraneas eas, & maximè perflatas, & ad ſeptentrionem verſas, ac pauimenta earũ aſsiduò humore aſpergentes: tũ vt ex Euripo aliquo aura inſpiret machinantes: tum aqua frigida de vaſis in vaſa transfuſa refrigerantes, qđ etiã ſomniferum eſt. Flores præterea, ramos ac germina quæ frigidæ humideque facultatis ſint per areã proijcientes. Turba quoque hominum ingredi prohibita: nã id quoq; domum calefacit. Per hyemen verò, contraria horum molientes, præſertim vbi morbus ſuadet: vbi non ſuadet, exceſſus tantũ vtriuſque temporis remittẽtes. Accidit autẽ exfrigido aere idẽ ferè qđ ex medicamẽtis adſtringentibus: qđ nimia frigiditate cutim dẽſando, ſemper ſibijpſi viã præcludat. Scire tamẽ licet in morbis valde calidis maius fore ex frigida inſpiratione cõmodũ, quàm ex cute dẽſata incõmodũ, præſertim cũ operimẽtis hãc calefacere licet. Porrò vtẽdum maximè eiuſmodi aere eſt in ijs febrib. quib⁹ primum

mùm ꝙ afficitur, ipſum eſt cor: æquè vt ſi ventriculus primùm eſſet affectus ipſi per comeſta & bibita eſſet ſuccurrẽdũ. Huic enim illa cùm integris adhuc viribus occurrũt: ſicut cordi inſpiratus aer. At iecinori, ex inſpirato aere nulla certè vtilitas accedit, à comeſtis verò & bibitis minor planè quàm vẽtriculo: cæterùm aliqua nõ obſcura aduenit. Cõmunis autẽ omniũ ſanatio eſt per ea quę extrinſecus applicata refrigerãt & humectant. Sed redeuntes ad habitationis cõſiderationẽ, notabimus luminoſa loca inſaniẽtibus, vertiginoſis, hemicranicis, ophthalmicis, colicis, iliacis, & omni cruciatu infeſta eſſe: apoplecticis, veternoſis, ſyncopa correptis, accõmoda. Hos lædunt obſcuritates & tenebræ: ſed illos iuuãt. Ædita loca idonea ſunt tabidis, nõ niſi recta ceruice ſpirãtibus, & omnibus capitis & thoracis malis. Caua, intercepta, aut incluſa, mala ſunt æſtuoſa, ac ſtrãgulatoria: ſubterranea etiã putredini, ac deſtillationibus, obnoxia. Quæ fœtent, aut alioqui impura ſunt, aut putridorũ proximitate inficiuntur, vitanda aut modis omnibus depuranda, & in melius permutanda. Feneſtras autem verſus eam regionem quæ puriſſimũ conuenientèmque aerem mittit, eſſe oportet.

Paulus: & Aetius.

De regione.

Aetius.

MOntanæ regionis aer, in locis æditis nullam vitioſam auram ſuſcipientibus, ſalubrior exiſtit: idoneus autem phthiſicis, anhelantibus, & omnibus capitis & thoracis malis. Interceptus au-

tem, aut incluſus, qualis qui in regione caua altis montibus vndique includitur, malus eſt, æſtuoſus, ac ſtrangulatorius. Qui in plana regione humilioribùſque locis purus eſt, commodus eſt animo delinquentibus, ac ſenibus. Marinus verò hydropicis, & morbis ex fluxione natis, præſertim frigidioribus, vtilis eſt, & neruis per conſenſum affectis, & proſtratæ appetentiæ. Qui verò in petroſis locis eſt hyeme quidẽ grauis, frigidus enim eſt: æſtate verò æſtuoſus, ac ſuffocans. Qui ex metallis exhalat malus eſt. Qui ex argilloſis, ſtomachum exoluit. At ex locis terræ fuluæ, magis priore ſiccat. Optimus autem eſt ex terra nigra. Impurus ac peſtilens omnis vitandus: qualis qui ex ſtagnorum, & paluſtriũ locorũ euaporatione turbatur, quiq; ex barathro quopiam venenoſam aurã cõcipit, velut qui ex cloacis magnã ciuitatẽ expurgãtibus cõturbatur. Impurus etiã eſt qui ex cadaueribus exercituũ peſtilẽtẽ aurã trahit, aut ex animaliũ, olerũ aut leguminũ putredine inficitur, aut fimo lutòque & aqua proximè putreſcentibus coinquinatur. In orientali cœli plaga calor viget: in meridiana æſtus, vnde ſicci, graciles, & veluti torrefacti homines ibi fiunt. At ſeptentrionales, & frigidioris plagæ incolæ, inæquali temperamento viſuntur, vt quibus externa frigeant, interna caleãt. Ex regionibus, temperata quidẽ veri correſpõdet: calida æſtati: inæqualis calore ac frigore, ſed ſiccitate redũdans, autumno: humida deniq; ac frigida, hyemi. In quibus rationi cõſentaneũ eſt quatuor humores pro ſingulorũ natura, & qua

Hipp. lib. de aere, aq. & loc.

qualitatum exceſſu ingenerari, vigere, ac adaugeri. Efferatiſsimæ regiones ſunt, ac maximè inęquales, in quibus tempora anni maximas crebráſque mutationes faciunt. Sed vbi tempora anni nõ admodum variant, ibi regio maximè æqualis eſt. Ex quo colligit Hippocrates Aſiaticos ignauos, timidos, ac imbelles eſſe: Europæos verò ſæuiores, iracundiores, pugnaciores; quòd apud illos cœlum mite ſit, nec tempora anni magnas illic caloris ac frigoris mutationes efficiant, ſed ſemper fermè ſimiliter ſe habeant: apud hos verò cœlum inæqualiter, per anni tempora inſignibus crebriſque mutationibus alterata, afficiatur. Mutationes enim ſunt quæ hominum mentes excitant, nec torpeſcere, aut quieſcere ſinunt ingenia. Huc referri debent quæ de zonis frigidis, temperatis, torridis paſſim ſcribuntur, aliaq; geographica. Hoc ſemper meditando, quod in morbis minùs periclitantur, quorũ regioni magis congruit morbus: & cõtrà.

Hip. aph. 34. lib. 2. & Gal. in comm.

De anni temporibus.

IN anni temporibus conſiderandæ ſunt qualitates his alijsve corporis conſtitutionibus magis, minùsve familiares: & ad emendandas intemperies, & ſuccorum vitia tollenda idoneæ. Ver omnium ſaluberrimũ, Galeno temperatum: Paulo, Aetio, & Peripateticis ad calidum, & humidũ procliuius (nihil enim in natura vndique temperatum) optimo habitui maximè conuenit: morboſis conſtitutionibus ferè ſemper prodeſt, aut

ſaltem

ſaltem non obeſt. Nam furores, & atras biles excitat, & comitiales, profluuia ſanguinis, grauedines, raucedines, lepras, tuſſes, impetigines, alphos, & puſtulas vlceroſas plurimas, & tubercula, & articulorum dolores: non vitio aeris, ſed naturæ robore, per temperatum veris calorem excitato, ad expurganda ſuperflua, noxioſque humores aut ſegregandos, aut ad viliora loca pellendos. Iuuat idē calor naturam, occultam per totum corpus tranſpirationem facere volentem, & meatus per quos expurgari debet, aperientē. Nullam itaq; immutandæ temperaturę aeris indicationem præbent dictæ ægretitudines via expulſionis accidētes: imò conſeruandæ naturæ veris nos potiùs admonent. Aeſtas calida & ſicca, bilioſis morbis obnoxia; incipiēs, veris morbos admittit: progrediens verò, cōtinuas febres, & ardentes, & tertianas, & vomitus bilis, bilioſaq; alui profluuia, & lippitudines oculorū, & auriū dolores, & oris vlcerationes: genitaliū etiā putredines, præſertim quādo æſtas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit vētus, aut Auſter in ea abūdauerit: & ſudamina, propter multos ſudores, qui vel bilioſiores, vel mordaciores omnino exiſtūt. Mordēt. n. cutem, & pruriginoſam efficiūt, & per modū vlcerū exaſperāt. Autumnus ſiccus, necnō frigidus, ſaltē inæqualis, tabidis malus, morbos acutiſsimos exitiales magna ex parte facit, æſtiuos plurimos admittit, febres etiā quartanas, & erraticas, & lienes magnos, & aquā inter cutē, tabes, vrinę ſtillicidia, leuitates ac difficultates inteſtinorū, coxę dolores, anginas, aſthmata, ileos, mor-

Hip. lib 3. aph 20. & Galen có.

Aph. 21.

Aph. 22.

morbos comitiales, furores, & melãcholias. Hyẽs, frigida, humida, pituitoſa, deſtillationibus obnoxia, pleuritides, pulmonis inflãmationes, lethargos grauedines, raucitates, tuſſes, dolores pectoris, laterũ, lũborũ, & capitis vertigines, & apoplexias. Na
Aph. 2. turarũ hæ quidẽ ad æſtatẽ, hæ verò ad hyemẽ benè, malève ſe habent. Benè quidẽ ad æſtatẽ, frigidæ & humidæ: malè, calidæ & ſiccæ. Ad hyemem, frigidæ & humidæ malè: callidæ & ſiccæ benè. Quando æſtas fit veri ſimilis ſudores in febribus
Aph. 6. multos expectare oportet: quos neq; ſiſtere cõuenit, ẽt ſi copia ægrũ offendere videãtur, ꝗ de natura aeris tũc moderatè calidi et humidi hoc habeãt. Autumnus, tabidis malus. Per anni tẽpora verè quidẽ adoleſcentes, & prima æſtate pueri optimè de-
Aph. 10. gunt, & ſani ſunt maximè. Aeſtate vrò & autum-
Aph. 18. ni prima parte, aliquãtiſper ſenes. Reliquo hyẽis tempore, qui inter has ætates medij ſunt. Contrà, autumno malè pueri, & adoleſcentes: itaque hye-
Aph. 3. me, ſenes: & æſtate qui in vigore ætatis ſunt. Mutationes tẽporũ potiſsimũ pariũt morbos: & in quibuſdã tẽporibus magnæ mutationes aut frigoris,
Aph. 4. aut caloris: & alia pro ratione eodem modo. In temporibus quãdo eadẽ die modo calor, modo
Aph. 7. frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. In ſiccitatibus perſeuerãtibus, febres licet nõ multæ, tamen acutæ fiunt: etſi annus magna ex parte
Aph. 8. talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimùm morbos expectare oportet. In conſtantibus temporibus cum tempeſtiuè tempeſtiua redduntur, morbi conſtãntes & boni iu-

dicij fiunt:in inconſtantibus autem,incõſtãtes,& mali iudicij.Conſtantia autem tempora ſunt,quæ ordinatim ſuam recipiunt tẽperaturã : vt cùm in ortibus & occaſibus ſyderum ſigna pro ratione fa cta fuerint, & in autumno aquæ deſcenderint,& hyems mediocritatẽ ſeruauerint,neq; valdè ſerena,neque frigore excedens: & vere aquæ euenerint tempeſtiuæ,& æſtate:ſic enim par eſt annum fore ſalubriorum. Inconſtans verò tempus, cùm quæ dicta ſunt non ſeruant ſecundũ aliquid conſtantis anni ductum. Ex anni autẽ conſtitutionibus(quod in totum dixerim) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores,& minùs mortiferę. Nam in ſiccitatibus ſuperflue humiditates diſſoluuntur,ac diſſipantur:per imbres autem, intra corpus collectæ putrefiunt: niſi quis ſingulis diebus collectas exercitijs expurgent.Morbi ergo in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt febres longę,alui pro fluuia, putredines, morbi comitales, & attoniti, quos apoplexias,græci vocãt,& anginæ.In ſiccitatibus autẽ,tabitudinis lippitudines,articulorũ dolores,ſtillicidia vrinæ, & dificultates inteſtinorũ. Et de tẽporibus ſiquidẽ hyems ſicca, & Aquilonia fuerit,ver verò puluioſum & auſtrale, neceſſe eſt æſtatę febres acutas fieri, & ophthalmias, & difficultates inteſtinorum præſertim mulieribus, & viris natura humidioribus. Si verò hyems auſtralis,& pluuioſa,& ſerena fuerit,ver autem ſiccum, & Aquilonium, mulieres quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque occaſione abortiunt: quæ verò pariẽt,imbecilles & morbidos infantes pariunt,

Aph. 15. Aph. 15. Aph. 11. Aph. 12.

pariunt, quare vel ſtatim intereunt, vel tenues & valetudinarij viuũt. Cæteris verò mortalibus difficultates inteſtinorum & lippitudines ſiccæ fiũt. Senioribus autem deſtillationes, quæ cito interiment.

Aph. 13. Si verò æſtas ſiccà fuerit, & aquilonia, autumnus verò pluuioſus, & auſtralis; dolores capitis ad hyemem fiunt: & tuſſes; & raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem & tabes.

Aph. 14. Si verò aquilonius ſit & ſiccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus confert: reliquis autẽ erunt lippitudines ſiccæ, & febres acutæ & grauedines, nonnullis verò & atræ biles.

Aetius. In ſingulis temporibus tres differentiæ ſunt: prima, media, & vltima. Media, ſinceriſsimum temporis temperamẽtum habent Prima verò, & vltima, à vicino tempore imminuuntur. Sed & luna ſecundum menſem, quatuor differẽtias in aere operatur. Primus namque ſeptenarius à nouilunio, ſimilis eſt veri, Secundus verò ſeptenarius, vſq; ad plenilunium, æſtati ſimilis eſt. Tertius ſeptenarius, decreſcente luna, autumno. Quartus, & vltimus, deficiente luna, hyemi. Sed & ſingulis diebus differentiæ aeris fiunt. Matutinũ.n.tẽpus moderatũ eſt, ad calidum & humidum vergens, ſicut ver; quapropter tunc etiã corpora tũ ſanorũ, tũ ægrorum remittuntur, vt etiam febrientibus hoc tempus facillimè tolleretur. At medium diei, æſtati aſsimilatur: crepuſculum, autumno: veſpera, hyemi. Quin & noctis prima pars veri aſsimilatur: media æſtati: & reliqua cõſequẽter. Quod verò notatu dignũ eſt, ortus & occaſus Arcturi, & pleiadũ cũ utroq; æquinoctio

noctio quatuor anni tempora Hippocrati diſtinguũt: nõ puncta tropica. Ideoque oriẽtibus illis & occidẽtibus maximæ aeris mutationes fieri dicuntur. Nec omittẽda canicula in media æſtate feruẽs ſydus. His autẽ in ſummã redactis, & planè cogniti, facilè diſcerni poteſt quantas, ac quàm varias ex quatuor anni tẽporibus, atq; horũ partibus, indicationes ſumere liceat, nõ ſolũ ad emendandas intẽperies, verùm etiã ad ſuccorũ vitia tollẽda, atque ad omnẽ aliã artis peritiã. Siquidẽ in ſanguinis miſsionem tẽperatũ requirimus tẽpus, ver inquã, ſi morbus dederit inducias. Hic Hippocrates Aph. 55. lib. 7. Quibus à venis ſanguinẽ mittere expedit, his vere venã ſecare oportet. Qua ratione matutinũ tẽpus, veri correſpondens cõuenire videtur. Si morbus vrget, quocunq; tẽpore, ac quacunque hora ſanguinẽ mittere expedit, etiam per noctem. Aeſtate, & hyeme, venæ ſectio temerè tentanda non eſt, ſicuti neç purgatio: quòd per æſtatem calor externus vehemens, natiuum (in quo vires conſiſtere diximus) diſſoluat, ac diſcutiat. Eundem autem vacuatione (perquam non ſolum cum ſanguine, verùm etiam cum excremẽtis, caloris naturalis effertur plurimùm) denuò inanire, periculoſum eſt. Præterea exuſta feruore temporis natura, eã quæ à medicamẽtis purgãtibus fit, acrimonia nõ fert. Plures itaq; purgati hoc tẽpore, in febres inciderũt, & virib⁹ planè deſtituti, collapſi ſunt. Quapropter rectè Hippocrates monuit ſub cane, & ante canẽ difficiles eẽ medicationes, quod tamẽ recẽtiores intelligũt de ijs quæ

per ſcammoniũ,elleborum, elateriũ,& alia acria fiunt:exiſtimantes per caſsiã nigrã, per roſarũ & violarum ſuccos, per tamarindos, & myrobalanos,aliaque benedicta vocata, purgationes quocunque tempore tutò præſtari poſſe. Per hyemẽ, vigẽte frigore,corpus ſanguinis miſsione, vel purgatione refrigerare tutum non eſt:quòd inanitio, præſertim ſanguinis,per caloris natiui reſolutionẽ refrigeret, refrigerationiq; aeris externi plus addat, quàm natura patiatur: quáquàm purgatio per hanc anni partẽ minùs noxia deprehenditur. Accomodatiſsimum ergo tempus ad purgationes
Aph. 47. adhibendas,haud ſecus quàm ad ſanguinis miſsionem,vernum eſſe ſolet. Quod Hippocrates lib. 6. aph. teſtatum reliquit, his verbis: Quibuſcunque venæ ſectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vére purgare vel venam his incidere oportet. Cùm autẽ quatuor humores quatuor anni tẽporib⁹ ſinguli creſcant,ac vigeant, ſingulis deſtinata medicamẽta per ſua tempora exhibere conuenit:hyeme quidẽ,quod pituitam expurget: Autumno,quod bilem atram educat:æſtati,quod flauam eliciat:At vere,ſanguinis miſsio vtilis eſt. His namque temporibus dicti humores incremẽtum,ac vigorem ſuſcipiunt. In alterando autem indicant tempora contrarijs morbo qualitatibus aerem prodeſſe:ſimilibus obeſſe,niſi in iuſtam veris temperaturam incideris. Hoc tamen animaduertendo, quod minus periclitantur quorum tempori magis cõgruit morbus: & contrà. Cætera cũ loco habitationis,regione,& cęli ſtatu cõueniunt.

DE

De cœli ſtatu.

COELI ſtatus præſens (qui enim aut præ-ceſsit, aut inſtat, in anni temporibus explicatus eſt) purus, ac temperatus, vt ad conſeruandam ſanitatem aptiſsimus, ſic in nullo morborum genere damnandus: propriè tamen temperatis corporibus conuenit. In temperatis verò, is in quo contrariæ qualitates exuperant: in calidis frigidus, in frigidis calidus, in humidis ſiccus, in ſiccis humidus natura, aut talis arte redditus. Nubiloſus non eſt bonus, multò minùs ſi calidus extiterit. In cordis, & pulmonis affectibus improbandus ſemper, vt & caliginoſus. Pluuius, ſommum cōciliat, refrigerat & humectat calidos ſiccoſque affectus mitigat: humidos fouet, & auget: febres longas, alui profluuia, putredines, comitiales, apoplexias, paralyſes, anginas, catarrhos exacerbat. Serenus & ſiccus pluuioſo in totum ſalubrior: verùm tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, difficultates inteſtinorū, & febres acutas grauiores efficit. Auſtrinus calidos morbos exacerbat corpora diſſoluit & humectat, auditum obtumdit, capita aggrauat, vertigines facit, oculis atque corporibus difficiles motus præſtat, & aluos humectat. Aquilonis corpora deſat, contendit, & bene mobilia, & coloratiora, & melius audientia facit: ſed ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorē auget, tuſſes, fauces, aluos durāſ, difficultates vrinæ, horrores, collarū dolores, & pectoris cauſat. Ad auſtrinas cōſtitutiones accedūt collateraliū aliorū ventorū à meridie ſpirātiū fla-

Paulus lib. 1. & Aetius. qua. 1. Serm. 3.

Aph. 16. li. 3.

Aph. 5. & 17. li. 3.

tus. Oriẽtales vehementiſsimi ſunt,& morbos ex
Actius. ſiccitate contingentes efficiunt. Ad aquilonẽ ſeptẽtrionales alij referuntur. Occidentales humidi ſunt, ac lenes, præſertim Zephyrus, qui & fauonius, ab occidẽte æquinoctiali ſpirans. Corus ab occidẽte æſtiuo deſtillationes mouet, & tuſsiculoſos efficit homines, quod Vitruuius in Mitylene oppido obſeruauit. Idẽ peſtilẽs eſſe creditur. Africus, ex occidẽte hyberno, humidus, & creber pro
Actius. cellis ac nubibus, corpora inæquali flatu inæqualiter afficit. Locales venti ſimiles ſunt locis ex quibus ſpirant, à ſalubribus ſalubres, à morboſis morboſi, ex calidis locis calidi, ex frigidis frigidi. In ſumma verò, locales omnes venti vniuerſalibus morboſiores ſunt: nam corpora inæqualiter afficiunt, neque totum aerem commouentes, neque
Aph.4.li.3. per totum diem ſpirantes. Maximè enim hi circa matutinũ ſolùm tempus ſpirant: quos nautæ Apogæos, velut è terra eleuatos, appellant. Quando eadẽ die modo calor, modo frigus fit, non ſolùm autumnales morbi exacerbantur; verùm etiã & alij
Aph.8. deteriores euadunt, corpore ab inæquali aere inæqualiter affecto. In conſtanti, & tempeſtiuo cœli ſtatu, morbi conſtantes, & boni iudicij fiunt: in inconſtanti autem, & intempeſtiuo; incõſtantes, & mali iudicij. Cætera ex præcedentibus petenda.

DE SEXTA INDICATIONE, *ab ætatẽ. Cap. VIII.*

8.& 9.Meth. AETAS quoque temperamenti interuentu indicationẽ præſtat cùm in victu, ſic in vacuatio-

vacuationibus, & alteranda per cætera intemperie. In victu quidem, ꝙ cùm ex ijs ſit quæ natura nobis inſunt, ſimilem ſibi victũ poſtulat. Quod Hipp. Aph. 16. lib. 1. innuit his verbis: Humidus victus omnibus febricitãtibus conuenit, maximè verò pueris, & alijs qui tali victu vti conſueuerũt. Et conſequenter, quibus ſemel aut bis, & quibus plura, aut pauciora particulãtim offerre oporteat conſiderans, addit cõdonandũ aliquid ætati, ſicut & tempori, & conſuetudini. Et aph. 13. victus rationẽ per ætates perſequens, ſenes, inquit, facillimè ieiunium ferunt (eſt autẽ facilitas in nõ appetendo, & nihil inde mali ſuſtinendo: difficultas autẽ ex cõtrarijs oritur.) Secundo loco qui ætatẽ cõſiſtẽtẽ habent, minùs adoleſcentes, omniũ maximè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores. Quorum cauſam ſubnectens, ait: Qui creſcũt (pueri inquàm, & adoleſcentes) plurimùm habẽt calidi innati, plurimo igitur egent alimẽto, alioqui corpus abſumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egẽt, quia à multis extinguuntur. Hanc etiã ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus. In vacuando etiam ſenum, & puerorum habenda eſt ratio. Senes enim niſi ſint validi, vacuationibus ſubicijendi nõ ſunt, vrgẽte illos exãgui aridaq; ſubſtãtia ob diuturnũ humoris fluxũ, qui ad vitã à natura inditus fuerat. Puerorũ verò ætas humidã calidãq; habet intẽperiẽ, quę facilè digeritur, ac diſsipatur: quò minus vacuãtis pręſidij eget, cũ habeat ex ſeipſa vnde naturaliter va-

cuetur. Itaque hos neque ſanguinis detractione, neque purgantibus medicamẽtis inanire cõuenit, nihil horũ ferente ſenili ætate, niſi conſtante viriũ robore: minùs autem puerilibus annis, quos calore & humore prægnantes, molles, & tenellos natura ſagax cũ incremẽti, tum formandæ ad durationem vitæ gratia fabricauit, voluitq; ſimilibus in ea têperatura ſeruari. Ad nudas verò intẽperies, eandem ferè ab ætate indicationem ſumere licet, quã à proprio corporis temperamẽto: quod tanquam rem naturalem ſimilibus cuſtodiendũ docuimus. Similibus etiam ętates cum alimentis, ſic medicamentis conſeruari debent, niſi à moderatione, & vitæ qualitatibus plus iuſto receſſerint. De his enim admonet Galenus in cõmẽ.aph.3.lib.3.ꝙ ſi à temperie nimis receſſerint, ijs ſecundũ naturam cõtraria loca, & tempora, & victus genera magis conferunt: morboſis conſtitutionibus, & à vitæ principijs degenerantibus conſiliũ adhibẽs. Quo in genere quis ſenectutem non reponat? Eſt enim naturalis quidam morbus. Ætas ergo (niſi de ſe morboſa ſit) cum naturæ rationem habeat, cuſtodiam ſui per ſimilia poſtulat. Iuncta autem morbo, cõtrarietatis adhibendæ menſurã, ſicut & proprium corporis tẽperamentũ, definit: vt quod plurimùm ab ætatis natura receſsit, vehemẽtioribus oppugnẽs contrarijs: quod verò nõ plurimùm receſsit, leuioribus reducas auxilijs. Sic calidus morbus in ætate ſecundum naturam calida, minùs eget refrigerantibus: & humidus ætate humida, minùs ſiccantibus. Contrà, frigidus morbus in calida

lida ætate, magis eget calfacientibus: & ſiccus in ætate molli ac humida, magis humectantibus, per rationẽ quã in ſecunda indicatione reddidimus. In frigidis ac ſiccis qualitatibus, vt pote vitæ aduerſantibus, aliam rationem inire oportet. Neque enim ſiccus morbus in ſenili ætate ſicca & arida minùs eget humectantibus, quàm in humida & puerili: neque magis ſiccantibus vtẽdũ in humido affectu qui ſeni arido acciderit, quàm qui puero humida ætate prędito. Conſiderãdũ. n. ſenectutis temperamentum, non tam ætatis, quàm morboſæ qualitatis ratione. Eſt enim ſenectus morbus quidã naturalis, marceſcente per diuturnũ vtilis ſucci effluxum vniuerſo corpore, & ad interitum ob calidi & humidi penuriam ruẽte. Addamus verò ex Hippocrate morbos ſingulis ætatibus peculiares, vt ijs cognitis iudicemus, qđ in ſecũda indicatione demonſtratũ eſt, eos minùs periclitari qui cognato naturæ ſuæ, aut ætati ſuæ morbo laborãt. Ætas enim, vt dictũ eſt, naturæ rationẽ obtinet. In ætatibus talia cõtingunt: paruis, & nuper natis puellis, oris vlcera, quæ aphtæ vocãtur, vomitus, tuſſes, vigiliæ (quas tamẽ excludit Galenus, niſi forte ob paſsionem eas fieri arbitreris) pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. In progreſſu verò, cùm iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maximè cùm caninos edunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſsiſsimi ſunt, & aluos duras habẽt, cõuulſiones. Cùm verò iã magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ, quæ in occipitio ad Aph. 34. li. 2. Aph. 24. li 3. Aph. 25. Aph. 26.

inte-

interiora luxationes: crebri anhelitus, quos Græci aſthmata vocant, calculi in ueſica, lumbrici rotũdi, aſcarides, verrucæ, quas Græci acrochordo-
Aph.27. nas vocant, ſatyriæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè ante dicta. Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & fe-
Aph.29. bres diuturniores, alioq; acutæ: & ex naribus ſanguinis profluuia. Adoleſcentibus autẽ, ſanguinis
Aph 30. ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, quem tamen abſolutè hic non recipit: & alij, ſed præcipuè antedicti. Vltra hanc ætatem, aſthma, id eſt creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflãmationes, lethargi, phrenitides, ardores, diutur-
Aph 41. na profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorũ, & hæmorrhoides. Addit Galenus atram bilem, & tabem. Senibus, ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſsi, vrinæ ſtillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renũ paſsiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ: alui, oculorum, & narium humiditates: viſus
Aph. 39. obtuſus, raucedines, auditus graues. Seniores iu-
li. 2. nioribus vt plurimùm ægrotant minùs: qui uerò morbi ipſis accidũt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines, & grauedines in
Aph.40. ualdè ſenibus coctionem non admittunt. Et aph. 28. lib. 3. ait Hippocrates, plurimas ægritudines pueriles iudicari, nonnullas quidẽ in quadraginta diebus, nõnullas in ſeptẽ menſibus, nõnullas uerò in annis ſeptẽ, quoſdã uerò iã ad pubẽ accedentibus. Quæ uerò permãſerũt, nec in pubertate finierũt puerulis, aut fęminis cũ iã mẽſtrua erũpunt cõ

ſeneſce-

ſeneſcere conſueuerunt. Et Aph.45. Quicunque inquit, iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & uictuum quoque, liberantur. Quæ omnia ad confirmandam eam quæ ab ætate ſumitur, indica tionem, faciunt.

DE SEPTIMA INDICATIONE, a conſuetudine. Cap. IX.

SICVT ergo ab ætate, ſic per corporis naturam intercedentem à conſuetudine ſumitur indicatio. Quippe ſeruare hanc quoque iubet Hippocrates, perindè ac proprium temperamentum, per ſimilia inquam; quoad ægrotant homines. Gaudent enim naturæ conſuetis ſemper. Quin ſi omnes temperamentorum notas colligas, has longiſsimè abeſſe cognoſces, ut parem ei, quam conſuetudo præſtat, fidem faciant. Quod experimentis intueri licet, ſi enim antea per ſanitatem quiſpiam frigidam perpetuò biberit, neutiquam nec in iocinore, nec in ueſica, nec uentriculo, nec alio quopiam talium offenſus, planum eſt & ualida illi eſſe hæc omnia, nec nunc à frigida lædenda. Non eſt igitur quòd paruum quiddã, atq; ad ſpectãdũ leue ad inuentionẽ remediorũ cõſuetudinẽ exiſtimemus, ueluti nec ad ſanitatẽ tuẽdã. Imò ipſi uia ratiõeq; procedẽtes fatemur eã maximã ac maximè principalẽ uim habere: ut quæ ſingulorũ corporum naturã oſtẽdat, deinde ad faciendorum indicationem nos ducat, pro-

S meth. & de conſuetudine.

9. Meth.

propoſita ſemper per ſimilia cõſeruatione. Quod Hippocrates Aph.16.lib.1.indicauit, victum humidum febricitantibus omnibus conferre dicẽs: & addens, maximè verò pueris, & alijs qui tali victu vti conſueuerunt. Et conſequenter, quibus ſemel aut bis, & quidem pluràne, an pauciora particulatim oporteat afferre conſiderans, condonandum ait aliquid conſuetudini: vitioſum tum cibum, tum potum, ſibi ſemper ſimilem, & conſuetum tutiorem eſſe dicens, quàm ſi quis ſubito ad alterum vel meliorem, ſe transfert. Quippe ſiue bis ſiue ſemel duntaxat in die quis cibum accipere ſolitus eſt, ſi ſubito conſuetudinem mutauerit, noxam imbecillitatèmq; ſubibit. Etenim prandium aſſumens, qui id non conſueuit, protinus imbecillus, grauis, ægrotus, ſeniſque redditur. Quod ſi præterea cœnauerit ructus acidus, & alui leuitas ſubſequitur. Grauatur enim ſub inſueto onere ventriculus, qui antea aridus eſſe, ac neque his intumeſcere, neq; toties cibum coquere ſolebat.

Hipp. 2. victus acut.

Proinde iuuandi ſunt tales compenſata mutatione: ſiquidem dormire eos oportet tanquàm noctem à cœna ducerent, ac hyeme quidem frigus, æſtate verò calorem uitare. Si ſomnus non accedit, lento frequentique inceſſu ambulare, ac neque ſtare, neque cœnare debent, niſi forte perexigua quadam, eaque minimè noxia ſumant: minus bibere, idque mer[illegible]cius, & nequaquàm dilutum. Maiori tamen moleſtia afficitur is qui ter eadem die ad ſatietatem uſq; cibum ingeſſerit, ac multò magis ſi crebriùs etiamnùm aſſumpſerit. Quãquã

ſunt

ſunt nõnulli, quibus nihil moleſtię affert ter in die cibo repleri, præſertim ſi ita educari cõſueuerint. Quibus cõſuetudo fuerit bis die cibũ aſſumere, ij niſi pranſi fuerint, imbecilli, ægrotique, ac ignaui reddũtur, dolore præcordia torquentur, ueluti ſuſpenſis uiſceribus, urina calida pallidaque redditur, & alui ſedimina aduruntur, os amarore afficitur, oculi cauantur, tempora mouentur, externæ partes frigeſcunt. Sunt plerique qui omiſſo prãdio cęnare nequeunt. Quod ſi tũ cœnauerint, uentris grauitate moleſtantur, ac per ſomnum multomagis uexantur, quàm ſi pranſi fuiſſent. Quùm igitur eos qui bona adhuc ualetudine degunt huiuſcemodi infeſtent accidentia, ſi per diei duntaxat medietatem ratio uictus à conſuetudine mutetur, conſtat ut neque addi quicquàm, neque minui utiliter poſsit. Igitur qui præter conſuetudinem ſemel duntaxat cibũ accepit, deinde exinanitis toto die uenis quãtũ ſolebat cœnauerit, ſi quùm à prãdio abſtinuit, & doluit, & ægrotauit, aſſumpta autem cœna grauis effectus eſt: par eſt eum multò magis grauari. Cui uerò ex longiori ſpatio uenę conciderunt, ſi repentè cœnauerit, multò grauiùs afficietur. Reficiuntur autem hi quibus præter cõſuetudinem uenæ exinanitæ ſunt, ſi eodem die à frigore, calore, & fatigatione, tuti ſeruẽtur: quippe ꝙ omnia hęc ægrè tolerari ſolent: deinde cęna multò leuior quàm pro cõſuetudine inſtituenda eſt: eamque non aridam eſſe, ſed humiditatis modum ſeruare oportet. Vinum haudquam dilutũ potare, neque minùs quàm ciborum ratio, deſiderat.

rat. Poſtero die, exiguum cibum in prandio ſume re, ut paulatim ad conſuetudinẽ fiat reditus. Huiuſcemodi uerò noxas grauiſsimè ferũt ij quibus ſupiores partes amara bile redũdãt. Quibus uerò in ſuperioribus pituita cõtinetur, hi inediã præter cõſuetudinẽ magna ex parte facilè tolerant: quo fit ut minùs quoque lædantur, ſi præter cõſuetudinem ſemel tantũ in die cibo reficiantur. Præterea efficax argumentum uel ex eo deprehenditur, quòd maximæ in nobis mutationes tum naturæ, tum habitus potiſsimum morbos pariunt. Quamobrem neque uenas importunè exinanire, neque uigentibus feruentibusq́ue morbis aliquid ingerere, neque etiam per totũ morbi decurſum uel ad hoc, uel ad illud quicquam permutare conuenit. Multa his conſentanea de uentriculo dixeris: ut pote qui cibos uel malos, ac potiones quoque ſi ipſis uti cõſueuerit, facilè ſuſtinet: contrà grauiter ferre ſolet cum cibos, tum potiones quàuis ſuapte natura uitio careãt, ſi pręter cõſuetudinem ingerãtur. Quò minùs mirãdũ eſt ſi maiore dolore afficitur illorum uentriculus, qui præter conſuetudinem multas carnes, aut allia, aut laſerpitium, aut laſer, aut eius caulem, aut reliqua id genus uehementes uires obtinentia, edunt. Nec ulla admirationem capieris, ſi didiceris mazam præter cõſuetudinẽ ingeſtam tumultum, tumorem, flatum, torminaq́ue excitare, præſertim ubi quis mazam edere nõ conſueuit. Et quòd calidus panis ſitim ſubitamq́ue plenitudinem prabet: quippe qui ariditatem inducit, tardèq; deſcendit. Item quòd panes ſeu admo

dum puri, ſeu cibarij, repugnante conſuetudine ingeſti differentes inter ſe affectus committunt: ſimiliter maza ſiue arida, ſiue humida, ſiue uiſcoſa ſit. Ad hæc qualiter recentes polentæ præter cõſuetudinem illas comedentem, afficiant: ſic uiniquoque, & aquæ præter conſuetudinem potatio ſubita, in diuerſum uſum facta permutatione. Pręterea uinũ quoque affatim epotũ, ſiue dilutũ eſt, ſiue meracum. Hoc n. uenas implet, & capitis grauitatẽ, ſitimq; excitat: illud, ſuperiores uẽtriculi partes laxat, inferiores flatibus cruciat. Idem ex uino tum albo, tum nigro accidet, ubi ſubita fuerit à cõſuetudine mutatio. Quamuis. n. uinoſum fuerit utrumq;, magno tamen diſcrimine reſpectu corporis, alterum ab altero differt, ut nihil mirũ ſit ſi dulce, idemq; uinoſum uinũ, ubi ſubita fuerit mutatio, nõ idẽ efficere uideatur. Cæterùm hãc ſententiã cõtraria quoq; ratione fulcire oportet. Siqui dẽ in ijs ratio uictus permutata eſt, corpore non permutato, ut neq; ob auctũ robur cibos addere, neq; ob infirmitatẽ eos minuere oporteat. In ſingulis itaq; perpende & uim, & ſpeciẽ morbi, atq; hominis naturã, ac ægrotãtis in uictus ratione cõſuetudinẽ, nõ ſolũ in cibis, uerũ etiã potionibus. Sed perquàm modicè additioni ſtudendum eſt: ablationi uerò in totum intendere ſæpenumero prodeſt: modo ſufficere poſsit infirmus, donec per uigorem morbus maturus fuerit. Hæc Hippocrates, de regimine acutorum morborum agens, ita diſſerit. Quibus & hoc adijciendum, quod idem Aph. 38. lib. 2. cecinit, parum deterio-

rem

rem potum aut cibum, ſuauiorem autem, meliori bus quidem ſed minus ſuauibus, præferendũ. Et Aph. 50. Quæ ex longo tẽpore conſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis (inquit) minus moleſtare ſolent. Et Galenus in febribus quæ vnam tãtum à principio ad finem acceſsionem habent, ægros ci bare volens, duo hæc, facilem tolerationem, & cõ ſuetudinem ſpectare iubet: cibum eo tẽpore offerendum cenſens, quo facilius morbum tolerant, eoque potiſsimum diei tempore, quo prius in ſanitate cibari erant ſueti. Sed neque præter conſue tudinem temerè vacuandum corpus; neque ſanguinis miſsione cogẽdus æger qui huic non aſſue uerit: nec medicamentis infeſtandus qui ea vt nunquã, aut nõ circa naturæ moleſtiã admiſerit. Hæc inquam, aliaque multa indicat conſuetudo cũ in victu, tum in medicamentis. Cum verò tanquàm altera, ſed acquiſititia natura ingenito temperamẽto correſpondeat, ſimilibusque ſeruari poſtulet, iuncta morbo contrarietatis adhibendæ menſuram regulabit, ſicut & proprium corporis temperamentum: ne vel intra modum calidum morborum refrigerãdo, frigidũmve calefaciẽdo, mali reliquũ quippiam relinquas: vel modũ exercendo, contrarium morbi genus inducas. Quod ne accidat, conſuetas victus & actionum rationes conſiderabis, vt quantum morbus à cõſuetudinis natura diſceſſerit intelligẽs, menſurã remedio imponas. Quippe morbus q plurimũ à cõſuetudine receſsit, vehementibus eget cõtrarijs: calidus inq̃, in hoĩe frigidioribus aſſueto, remedijs eget frigi-

11. Meth.

dioribus: & frigidus, in homine calidis aſſueto, calidioribus: humidus, in corpore ſiccis aſſueto ſiccioribus: & ſiccus, in corpore humidis aſſueto, humidioribus. Quod verò non plurimum conſuetudine receſsit, leuioribus eget auxilijs: nimirum calidus affectus in homine calidioribus aſſueto minùs eget refrigerantibus: & frigidus, in homine frigidis aſſueto minùs calefacientibus: & humidus in homine humidis aſſueto minùs ſiccantibus: & ſiccus in corpore ſiccis aſſueto, minùs humectantibus, quia paruus eſt à naturali habitu exceſſus. Minùs itaq; periclitantur quicunque cognato naturæ ſuæ aut propriæ, aut acquiſititiæ (quã conſuetudinem appellamus) morbo laborant. Cætera ex ſecunda indicatione transferre licet.

DE OCTAVA INDICATIONE, à naturarum proprietate. Cap. X.

SED & naturarum inſpeciendæ proprietates, quas conſuetudo declarat. Sunt enim quidam qui ſi quod vigilantium opus nocte obire fuiſſent coacti, dormire præterea non poterant. Sunt & qui ſi ptiſanam guſtent, protinus nauſeant: eadem in quibuſdam facilè aceſcit. Eſſe verò aliquos qui facilè carnem bubulam concoquãt, iam vnũ ex publice iactatis eſt: ſicut & alios qui piſcibus tenellis grauẽtur, & melicrato aluum cohiberi ſentiãt, & lẽticula prima ſubduci. Quod partim ad tẽperamẽtũ, partim ad conſuetudinem 7. Meth.

Lib. de cō ſuet. refert Galenus lib. 1. alimentorum, & libro de cō ſuetudine. In quo affert exemplū Arij peripatetici: qui cùm gracilis natura eſſet, & os ventriculi frigidiſsimum haberet, ita vt vel ex leuiſsima refrigeratione ſingultu ſtatim corriperetur, ob idq; nūquàm fuiſſet auſus aquā guſtare, tādē febri occupatus, à medicisque præter conſuetudinē coactus potu frigidæ vti, ſubito quidem fuit exanimatus. Quamquàm alijs niſi audacter potus is propinetur, periculum ſanè eſt ne extinguantur celerrimè. Sunt enim quibuſdā aliqua peculiaria ex propria natura, aliudq; alimētum alij corpori accommodatur. Sic vinū ne olfactu quidē ferre poſſunt aliqui, quo plurimi ingurgitantur: nec pomorum odorem ferunt alij, quibus tot homines ſalubriter ſuauiterq; veſcantur. Caſeum vero, butyrū, & lac plurimi aduerſantur. non nulli etiam ſuillas carnes, aut veruecinas: non pauci etiā ſaccharum, mel, oleū, quibus bona pars hominū in cibarijs vtitur. Idem in medicamentis videre licet. Nā ſunt quidam tam diuerſæ naturę, vt caſsia fiſtulari plus offendantur, quàm rhabarbaro aut agarico: ſunt qui diacrydion correctum, ac caſtigatum faciliùs ferunt quàm rhabarbarum: ad cuius odorem plerunque etiam ad nomen, adeò moueantur, vt ventriculus illis protinus ſubuertatur. Nonnullos torquet clyſter, quos medicamētū purgās nullo modo afficit. Balanos alij non tolerant, qui clyſteres admittunt. Et videmus non paucos admotis emplaſtris fatigari, quos ſimplicia linimenta recreāt. Alios etiā vel exigua ſanguinis detractione animi

deli-

deliquium deduci, cõſtante alioqui virium robore,& in cęteris animi magnitudine : cùm copioſam,& extremam minùs valentes plurimi, nulla interueniente corporis moleſtia,ſuſtineãt.Ex quibus perſpicuum planè fit tum ægri naturam eſſe conſiderandam, tum cuiuſq; hominis propriam eſſe curationem,tum ſupra illud, tertium:nempe quoniam cuiuſq; naturę proprietas ineffabilis eſt, nec exactiſsima ſcientia cõprehenſibilis,hũc eſſe optimũ cuiuſque particularis ægritudinis medicũ,qui iam methodum quãdã comparauit,ex qua & dignoſcere naturas poſsit,& cõiectura conſeq quæ ſint propria cuiuſque remedia. Porrò exiſtimare communem quandam eſſe omnium hominum curationem,ſicuti ſtupidiſsimi Theſſalei putant,extremæ eſt dementiæ.Siquidem curatur nõ homo communis,& generalis, ſed noſtrũ quiſq;: alius videlicet aliud temperamẽtum,naturamque particularem obtinens. 3.Meth.

DE NONA INDICATIONE à ſexu. Cap. XI.

INDICATIO à ſexu quoque ſumitur. Molliores enim viris apparent eſſe fœminæ, vt pote delicatiores ocioſiores & humidiores: Quod cùm ad ea quæ de temperamentis à nobis dicta ſunt retuleris, cognoſces has minùs vehementibus egere præſidijs.Nullum enim fortiũ medicamẽtorũ ferunt molles naturæ.His cùm vterũ gerũt cõſiliũ dedit Hippocrates Aph.libri quarti, Hippoc.

& Aph.29.lib.5.purgationis interdicens, niſi turgente materia: nec niſi à quarto menſe vſque ad ſeptimũ eas admittens: atq; in his minùs: quodque iuniores, & ſeniores vereri oporteat. Et Aph.31. lib.5. ſanguinis miſsionem inhibet, dicens: Mulier vterum gerens, ſanguine miſſo ex vena abortit, & magis ſi fœtus ſit maior. Quod etiam ex longiori inedia contingere docet Galenus. Eam autẽ ſanguinis miſsionem intelligit, quæ etiã Galeni temporibus nõ erat minor libra; ſicut & purgationes, quæ illius æuo per ſcamonium, ellebrorum, elaterium, & ſimilia fiebant. Hodie benignis medicamẽtis fruentes, his grauidas purgare nõ veremur. Nec minorem ſanguinis detrationem auerſamur, modo vires valentes ſint, & morbus eam requirat. Sunt verò mulieribus venæ ac viæ, per quas ſingulis mẽſibus commodiſsimè expurgantur. Vnde ſeparatam à viris indicationem aſſumere licet: ſicut & ab vteri figura, quæ peſſulorum, & vterinorum clyſterũ inuentionem ſuppeditauit. De qua re in tertia indicatione diximus. In his verò quæ cum temperamentis conſentiunt, ſcire licet, mulieres vtpote viris frigidiores & humidiores, calidis aut ſiccis morbis affectas, remedijs egere frigidioribus & humidioribus: & contrà frigidis & humidis morbis affectas, minùs egere calefaciẽtibus & ſiccantibus. Neque enim quod non plurimũ à naturali habitu receſsit, vehemẽtibus eget cõtrarijs, vt ad priorem habitum reducatur: nec lenibus reduci poteſt, quod plurimum à natura receſſerit.

DE DECIMA INDICATIONE à vitæ munere, vitæ inſtituto, profeſſione, arte, ſtudio, exercitio. Cap. XII.

HVIVS quoque meminit Galenus libro vndecimo methodi, & alibi ſparſim, quæ vnà cum ſexu, conſuetudine, ætate, natura, remediorum inuentionem per ſimilia ſemper indicat. Qua de cauſa victum, atque alterationis modum omnem pro vitæ munere inſtitues calidum, frigidum, humidum ſiccum contrarietati ab effectu præter naturā indicatæ menſuram adhibens, ſicut in temperamentis diximus. Quippe furnarij, carbonarij, chymiſtæ, metallarij, thermopolæ, tegularij, coci, cum in calidos morbos inciderint, curandi veniunt minùs refrigerantibus; quòd non multum à calido vitæ conſtituto receſſerint. Si verò in frigidos affectus collabantur, vehementioribus reſtituentur contrarijs, magis inquàm calidis, quia multum à calido vitæ inſtituto receſſerint. Piſcatores verò, & nautæ, frigidos aut humidos morbos incurrentes, minùs egent calfacientibus, aut ſiccantibus: & contrà, ſi calidis & ſiccis afficiantur, reſtituentur impenſius refrigerantibus, & humectātibus: quia forti cōtrario egent, vt ad naturam à conſueto vitæ munere, arte, & ſtudio ſuſceptam (à qua vt pote frigida & humida plurimùm receſſerunt) optimè redu cantur. Otioſum etiā vitæ genus, quod excre- 11. Meth.

menta plurima coaceruat, vocationis indicationem largam præbet: cum in vehemĕtioribus exercitijs, aut moderatiore, aut nulla quę medicamentis aut venæ ſectione perficitur, vacuatione vtamur. Hanc autem indicationem ex conſuetudine pendere manifeſtum eſt.

DE VNDECIMA INDICATIONE, à longitudine & breuitate morbi. Cap. XIII.

ALIAM diuturnus morbus à breui indicationem nõ præbet, ſi cõtrarietatẽ à morbo indicatam ſimpliciter conſideraueris. Semper enim morbus ſiue longus, ſiue breuis is ſit, contrarijs expelli debet. In cæteris tamen differẽtiam nõ paruã inuenire eſt. Quippe breues & acuti omnes tenuem victũ poſtulãt: diuturni plenũ præterquàm in vigore, in quo nec tenuiſsimus ille qui in acutis deſideratur, locũ habet, ſed tenuiorẽ eo qui anteà plenioris naturã habebat. Cuius rei diſcrimen manifeſtè docuit Hippocrates Aphoriſmo decimo libri primi dicẽs: Quibus ſtatim morbus cõſiſtit, his ſtatim tenuis victus adhibẽdus eſt: q bus verò poſterius debet cõſiſtere, his & ĩ ipſo cõſiſtendi tempore, & parùm ante illud, cibus ſubtrahendus. Priùs verò vberiùs agendum, vt æger ſufficiat. Quod non ſolum de acutis longitudine & breuitate inter ſe differentibus, ſed & de alijs quibuſcunq; intelligi debet, nimirùm quod tantũ cibi indulgendum eſt, quantò morbus extremis eſt

Hippocrates.

mol-

mollior, vt ait Aphoriſmo ſeptimo. At in vcacuationibus eius nos meminiſſe decet, qđ Aphoriſmo vigeſimo ſecundo traditũ eſt: Concocta medicãda, atque mouenda, nõ cruda: nec in principijs, modo nõ turgeãt, plurima verò nõ turgẽt. In acutis turgere, ac de loco in locũ trãsferri nõnuñquã videtur materia, promptã, exquiſitãq; vacuationẽ requirẽs citra aliã fluxibilitatẽ, vel præparationẽ. In lõgis nõ turget in principio, nec purgãtibus medicamẽtis locus conceditĩ niſi bene cocta, & præparata materia, qđ ex craſſo tenaciq; humore procedãt. Atq; hoc eſt qđ Hippocrates innuit, corpora cũ quiſpiã purgare voluerit, fluida facere præcipiẽs; meatus inq̃ omnes reſerãdo, humores verò extenuãdo, incidẽdo, atq; tergẽdo, ſi qui fuerint in corpore craſsi, ac glutinoſi. Concoctionẽ autem iuuant quæ calida ſunt, vt ſuo loco dicetur. Cætera quæ ad hanc indicationem faciunt, ex capite ſequenti deducere non erit difficile: propoſita nimirùm præparatione & concoctionis opportunitate, quã quatuor morbi tempora deſignant. Aph. 9. lib. 2.

DE DVODECIMA INDICATIONE à quatuor morborum temporibus. Cap. IIII.

CVM Galenus libro quarto methodi, & in fine tertij, Theſſalo contradicens, nullam curandorum morborum indicationem a tempore ſumi contendit, longè aliud agit quàm quod nos hoc loco dicturi ſumus. Quippe contra

rietatis indicationem eam illic perſequitur, quam morbus vel plebeo cuiuis demonſtrat. Contrarijs enim ſemper oppugnãdus morbus, ſiue is in principio, ſiue in augumento, ſiue in vigore, ſiue in declinatione delendus ſuſcipiatur. Verùm aliæ quã à morbo plurimæ ſunt indicationes, quarũ gratia methodus introducta eſt: impriſque virtutis per omnia morbi tempora cura ſuſcipitur, cuius ergò potiſsimùm victus ratio inſtituta eſſe videtur. Sũt enim à primo ſtatim die in omni ægro ſpectanda duo illa quæ Hippocrates iuſsit, à quibus cibandi conſilia petas, morbi ſummus vigor, & ægrotãtis vires. Poſtea, ſi trãſiri ſummũ incremẽtũ ſine omni cibo poteſt, in cibi abſtinentia hominẽ ſeruabis. Sin exiguum adminiculum requirat, abundè erit ſola mulſa. Quòd ſi maius deſiderat quàm ſit ex mulſa, ptiſanæ cremor ſatis erit. At ſi fas nõ eſt ſummum morbi incrementum aut tenui victu, aut inædia tranſmitti, id agendum vt homo ſtatim in primæ acceſsionis inclinatione cibetur. Qđ ita diſtinguit Hippocrates, vt cùm æger alendus ſuſcipitur, in principijs morborũ pleniùs cibet quã in cæteris temporibus: in incremento, paulatim detrahat: in vigore, tenuiſsimũ victum adhibeat, niſi caſus aliquis interueniat robur naturæ diſſoluens: & tãdẽ in declinatione, lentè reficiat. Quodque ad alia remedia attinet, frigidiſsima in febribus acutis nòn damus in principijs: rarò etiam in augumẽto: in ſtatu verò, apparẽtibus cõcoctionis ſignis, tutò adminiſtrãt, veluti aqua frigida, & quę in ardoribus præcordijs admouentur topicis, quę

li. 1. Aph. 10. Meth. & de totius morbi temp.

que vrgentibus vigilijs partim propinantur, partim capiti & fronti apponuntur, ſomnifera. Quibus ſi per initia vtare, tùm putredinē dēſatis meatibus intēdes, tūm morborū crudiorē efficies, nec leuiter vires offendes. In tumoribus verò differentia hęc manifeſtè percipitur. In principijs enim re pellentibus vtimur. Indè, ad diſcutientiū, vel concoquētiū mixtionem gradatim conſcendimus: In ſtatu verò, vel pleniùs diſcutiēdo, vel omnino aperiendo à parte ipſa vacuamus: & ne quid relinquatur, continuata vacuatione per declinationē particulam affectam ad priorem ſtatū reducimus. In principijs, fluente materia, reuellimus: in augmento, deriuamus: in ſtatu, cùm nihil iam influit, à parte ipſa vacuamus: quod ſupereſt, in declinatione perficitur. Idem in vacuationibus attenditur. Neque enim in acutis, alio tempore quàm in principijs, purgātia ſua medicamēta admittit Hippocrates: nec in alijs, niſi cōcocta materia, quod eſt circa ſtatum, vel inclinante iam morbo vt recidiuas prohibeas. Et Aphoriſmo vigeſimo nono libri ſecundi: Cùm morbi inchoant, ait, ſi quid mouendū videtur moue: cùm verò conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere. Nā circa initia, & fines imbecilliora ſunt mala omnia: cùm verò cōſiſtūt, fortiora. Ideò Aphoriſmo vigeſimo libri primi, quæ iudicant, & iudicata ſunt integrè, neq; mouere, neq; nouare aliquid, ſiue medicamētis, ſiue aliter irritādo, ſed ſinere cōſulit. Qđ de acutis loquitur: circa ſtatū (qui in his perexigui tēporis eſt, & multos labores habet) purgatiões & irritatiões

Aph. 24. li. 1.

pro-

prohibens, quas in principijs tantum, nec ſine pręmeditatione conceſsiſſet. Nam in diuturnis minori periculo præditis, & ſtatum plurimum dierum habẽtibus, vacuare nihil prohibet circa indicationem, concocta iam materia, natura verò, quod nocuum eſt, expellere nitẽte. In declinatione autem medicamentis locum dat, cum dicit ea quæ poſt indicationem relinquuntur, recidiuas, niſi vacuentur, facere ſolere. Sic quid primo, quid ſecundo, & tertio, & quarto loco facere conueniat, indicãt quatuor morborum tempora. Quod in vlceribus, fracturis, luxationibus, alijsque eiuſmodi diſtinctè videre licet.

DE DECIMA TERTIA INDICAtione, à particularibus morborum acceſsionibus. Cap. XV.

EST & aliud tempus, quod in acceſsionibus intermittentibus, aut remittentibus per ſua initia, incrementa, vigores, & inclinationes attenditur. De quibus Hippocrates Aphoriſmo vndecimo, & decimonono libri primi diſſeruit his verbis: In acceſsionibus abſtinere oportet, nam cibum dare nocuum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſsione abſtinere oportet. Et, his qui per circuitus acceſsionem habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubſtrahere adiectioni, ante iudicationes. Et lib. 4. victus acutorum, Quùm, inquit, à vacuatione ſorbitiones exibere volueris, obſerua febrium acceſsio-

Hipp.

nes

nes, vt neq; cùm adſunt, neq; cùm venturæ ſunt,
eas ingeras, ſed cùm iam finitæ ſunt, aut conquie-
runt, & quùm maximè ab initio diſtare viden-
tur. Quod in febribus ex plenitudine ortis, &
obſtructionibus, & phlegmone, & putredine
inſigni planè verum eſt: ſed in multis patitur ex-
ceptionem. Nam ex his quæ partim documentis, 10. Meth.
partim hiſtoria à Galeno libro decimo methodi
tradita ſunt, manifeſtum euadit ſæpè inclinanti-
bus acceſsionibus, interdum etiam inuadentibus,
cibum offerendum. Nimirùm hominibus in qui-
bus corporis intemperies ad calidũ & ſiccum con
uerſa, febres accendit: præſertim vbi vel ſolis fer-
uor, vel fatigatio, labor, inedia, mordentium excre
mentorum (quæ in his abundant) acrimoniam ex
citarint, præceſſerintque vigiliæ, triſtitia, ſolicitu-
do, aliaque huius generis, quæ corpus exſiccãt, &
cæteris cõiuncta acrimoniã intẽdunt, ſimul etiam
vires deijciunt. His inquàm, vt primùm horreſce
re, ac febricitare incipiebant, dato ex vino diluto
pane, horrorem & febrem inhibebat Galenus:
nonnullos etiam in ipſo principio horroris, vel
paulò poſteriùs cibabat. Atque, vt ſemel dicã, in-
quit (præſtabit enim verba eius aſſumere) quibus
incipientis adhuc acceſsionis aderãt ſymptoma-
ta: ijs omnibus panẽ ex vino diluto, ac calẽte ma-
turè exhibens, & horrorem ſtatim inhibui, & fe-
brẽ prohibui. Quantò verò hos citiùs cibaueris,
tantò ſcilicet magis febrẽ prohibueris. Quòd ſi
paulũ aliquãdo morère, vtiq; febris ne tũ quidẽ,
calor tamẽ multꝰ his aduenit: ſimillimè planè ijs q
per

per vehemens frigus facto itinere, reuerſi domũ, calidis ſunt nutriti. Quippe ſi pluſculum morere, maiorem calorem ſentient, talemq; ac tãtũ, vt dubites an hũc febrẽ appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpoſitæ ſint, nutries tũc quoque, modo horror adhuc duret: prædicẽtes tamen ꝙ hi febricitabunt, cęterùm innoxia febre, & cui cutis mador ſuccedet: quo facto, tum lauare, tũ nutrire debebis. Quòd ſi horror præterierit, ac iã planè febricitent, cibandi id temporis nõ ſunt, ſed decreſcente iam acceſsione ilicò ſunt nutriendi, nõ expectantes quoad acceſsio ceſſarit. In nullo nãque ſqualido affectu commodè finitur acceſsio, priuſquàm illi vel ex lauacro, vel humido victu, humectaio acceſſerit. Et paulò poſt, ſubiungit, calidis ac ſiccis naturis aduerſiſsimam rem inediã eſſe, ac febrium paratiſsimam cauſam. Vocat autem naturas calidas & ſiccas, non ſolùm quæ à primo ortu tales ex proprio temperamẽto ſunt: ſed etiam quæ poſteriùs ex calido ſiccoque victu, & plurima dimotione, & vigilia, & cura, & triſtitia, & regione calida ſiccaque, & tempore æſtiuo, & cœli ſtatu calido ſiccoque, ſint acquiſitæ. Et inediam huiuſmodi corporibus ualentibus quidem, noxiam eſſe: ijs verò qui in calida ſiccaque æſtate febre laborant, quæ ſcilicet ex vſtione, aut labore immodico, aut uigilijs, aut cõprehenſis iã animi motibus ſit contracta, nõ tãtũ noxiã, ſed ſi quicquàm aliud planè pernicioſam. Quippe uel in febres ardentes ex ea incidunt, à quibus, niſi priùs mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab his in

maraſ-

maraſmum:uel potiùs ab initio ardentibus præte ritis,in hecticas. Docet etiã exemplis,quibus propter ſiccitatẽ à principio ſtatim dari cibus debeat, etiamſi febricitare iam incipiant.Nam cùm febris in his accendatur propter mordentem acrimoniam excalfacti attenuatiq; ex ſole, & inedia, & laboribus ſucci, maximum eius remediũ eſt humidum nutrimentũ:ſicuti è diuerſo,ubi uel ob copiã,uel ob obſtructionem, uel phlegmonen, uel humoris alicuius putredinem febris orta ex maximo malo eſt cibus. Atq; hos quidem nec in inclinatione febris citra noxam nutrias, nedũ ipſa acceſsione inuadẽte: illos uerò omni certè tẽpore, ſed potiſsimùm per inclinationẽ. Hæc Galenus. Qui cũ rurſus id monuiſſet agendum, ut homo ſtatim in primæ acceſsionis inclinatione cibaretur,ſi fas non eſſet morbi incremẽtũ aut tenui uictu,aut inedia tranſmitti:adiecit, aliquos eorũ(ut dictũ eſt)& cũ inuaſura adhuc eſt, & cũ incipit, cibãdos.Sint porrò hi,inquit,ſicco tẽperamẽto ac calido,aut à primo ortu,aut certè illo tẽpore oportet:tũ uiribus neceſſariò imbecillis. Neq; n. fieri poteſt,ut abundè ſiccũ calidumque corpus, cum febricitet, uiribus ſit ualentibus. Si tamen cum eiuſmodi febri,ac corpore,momentanei membri phlegmone ſit cõiũcta,omnino æger morieť, magiſque id certum eſt, ſi pulmonis, uel membranæ quæ coſtis ſubtenditur, uel uentriculi,uel iecinoris phlegmone ſit. Etenim quæ has partes phlegmone occuparunt, non modo ijs qui tam imbecillis ſunt uiribus, ſed etiam ijs qui ualentiores

ipſis

(quod inclinationis genus eſt) eoq; potiſsimũ di ei tẽpore, quo priùs in ſanitate cibari erant ſueti. Atq; id eſt qđ acceſsiones tũ inuadentes, tũ progrediẽtes, tũ inclinãtes vel remittẽtes, indicãt: minimè, inquã, cibũ in acceſsionibus offerendũ; ſed longè priùs quàm incipiant, aut cũ integrè finitæ ſunt: exceptis tamen à ſermone calidis illis ſicciſque, & lãguentibus, imbecillis, excalfactis, vt diximus, atq; alijs quibuſcũque viriũ robore deſtitutis. Sed nec purgãtia medicamẽta die acceſsionis offerenda ſunt: ne mota ſponte per acceſsionem materia, noua turbatione efferatur, & furioſa eua dat, corpus mẽtẽque turgẽdo fatigans. Conſiderãdũ & illud, qđ incipiẽtibus acceſsionibus opportunè prouocatur vomitus: deſinẽtibus, ſudor, aut vrinæ copia. Incipientibus potus prohibetur, vigẽtibus cõceditur. Aquam enim in principijs acceſſionibus potã lædere manifeſtauit Hippocrates, cùm dixit nocituram eam, ſi pedibus frigidis (qđ eſt in febrium algoribus) aliquando bibatur. 3. vict. acut. Gal. in comm.

DE QVARTADECIMA INDICAtione à quotidianis, ordiniſque alijs naturæ functionibus. Cap. XVI.

NATVRA functiones ſuas ita ordinauit, vt interdiu vigilantes, noctu dormientes non eſſe voluerit: vt in vigilijs conſuetas prandij & cœnæ horas ſeruandas propoſuerit: & cõcoctionis, ac diſtributiõis alimẽti ſigna vnicuique ratione vel mediocriter utenti ſufficienter re

pre-

preſentari: excretionumq; promouendarum ueluti ſtata tempora ſibijpſi præſcripſerit: interualla etiam adhibuerit, quibus partim ciuilibus, priuatisq; negotijs, partim ſalutaribus exercitijs, aut p morbū utilibus remedijs frui liceret. Noctu ſomnū capeſſere fas eſt: qui ſi forte nō obrepat, ſomniferis remedijs deſtinatam horam eſſe ſcimus, quā natura ſibi ordinauerit: noctu inquā, longè à cœna. Ventriculi facultas concoctrix ſi forte imbecilla ſit, roborāda uenit ante cibū: ſi à cibo fumi caput aſcendant, à cibo quæ uapores reprimāt, exhibenda. Si medicamētis purgātibus opus eſt, matutino interuallo quod inter ſomnū, & prandiū eſt, adhibenda ea indicat naturæ ordo: ſic, ut medicamētum concoctioni, uel diſtributioni obeſſe non poſsit, ſiue præteritū, ſiue proximè futurū cibū & potum ſpectes. Qua ratione & in interuallis à cibo longioribus quæcunque alterant, vel robur inducunt, exhibere ſolemus. Hāc opportunitatē à manifeſtis naturæ functionibus, & conſueto ordine adipiſcimur, ut, neq; purgantia medicamēta ceteris naturæ functionibus commiſceamus, neq; alternatiua cibo potuue confundi ſinamus, aut ne conſuetas motus, & quietis, ſomni & uigiliæ, cibi & potus horas interturbemus. Cùm uerò mulieres ſtatis menſium partibus ad ùteri purgationes, ſicuti & plerique ad hęmorrhoides moueātur; his ſi forte illæ intercipiantur, cōſtituto tempore medicationem aggredimur, ut per conſueta tempora tum menſes, tum hæmorrhoides fluant. Cętera ad horum exemplum expendi debent.

DE QVINTA DECIMA indicatione à medicamentorum facultatibus.

Cap. XVII.

PARVI momenti non eſt hæc indicatio: ſiquidem medicamenta aliter in quibuſdam, aliter in alijs vires ſuas imprimunt. Cumque vtiles habeant facultates, & ad propoſitas intentiones idoneas, plurima tamen aliquid in ſe continent, quod naturæ moleſtiam afferre poſsit. Quò fit vt quamquàm ordo curatiuus ſanet, non tamen ipſe quocunque remedio quæ præter naturam ſunt ſanet, etiamſi morbi contrariitatem indicatione deprehenderis. Nam febris continens ex putredine, & obſtructione à craſſis lentisque humoribus procedens, manifeſtè requirit medicamenta quæ craſſos humores attenuent, & lentos detergant. In quo genere egregiè faciunt mulſa, hiſſopum, calamintha, iris, ſtæcas. Verum calida ſunt hæc omnia, eoque noxia deprehenduntur, quod calorem febris augeant. 11. Meth. Vnde ſi hic immodicus ſit, parcendú aquæ mulſę eſt, cæteris verò calidioribus in totum abſtinendum: vtendumque ptiſanæ cremore; niſi & hæc ventriculo ægrotantis aceſcat. Quòd ſi difficiles ac contumaces eſſe obſtructiones iudicaueris, etiam oxymelite. At hoc ipſum rurſus ſi immodicè vtare, & inteſtina radit, & tuſſim excitat, & neruoſa lædit. Adeò ſcilicet difficile eſt eiuſmodi

aliquod auxilium inueniſſe, quod citra vllam noxam magnificè proſit. Atqui in ijs etiã quæ ad purgationes adhibentur, beneficẽtiæ coniunctã noxã videre eſt. Nam, vt interim helleborũ ad purgationes quidẽ efficaciſsimum, verùm ad efficiendas cõuulſiones lethales promptiſsimũ: & diacrydiũ, colochynthidum, elaterium, eſulam, ricinum, valentium facultatum, ſed malignarum qualitatum medicamenta prætercam: caſsia fiſtularis, purgantium omnium blandiſsima, lubrica habẽtibus inteſtina non confert, niſi maſtice, aut rhabarbaro inſigniter corrigatur. Sena purgat ſatis familiariter: torminoſis tamen minùs exhibetur, quod tormina faciat, niſi galanga, aniſo, zingibere, dauco, efficaciter caſtigetur. Agaricus Alpinus à veterum agarico facultate longè diuerſus, ſatis valet ad phlegma: vbi tamen vomitus infeſtat, quia & ipſe vomitorius, exhiberi non debet, niſi maſtice, roſis, menta, & aromaticis retineatur. Nam zingibere (vt putant) vomitus non arcetur: ſed ad accelerandam illius actionem, vtque craſsi tenaceſque humores extrahantur, additur. Myrobalani aluos adſtrictas habentibus, & his qui ex obſtructione laborant, minùs cõueniunt: ꝙ adſtrictoria facultate meatus condenſent, & aluos exſiccent. Aloe beneficũ eſt, & vacuata multitudine putredini reſiſtit: ſed ora venarum aperire creditur, ob id ſanguinem ſpuentibus, dyſentericis, hemorrhoidibus aduerſiſsimũ, niſi cæteris adſtringentibus cõmiſceatur. Nã, ſicut ſine his aperit, ita cũ his deſiccat, & adſtringit. Diximus verò de ſoporiferis,

quæ

quæ anodyna vocāt, ꝙ ad ſedādos, qui vires ener uant, dolores ſint efficaciſsima : ſtuporem tamen inducendo, calidum (in quo vires conſiſtere diximus) extinguunt, & ad ſubeundas maiores moleſtias corpus præparant, dum nimium refrigerādo partes condenſant, & materiam retinent & inſpiſſant. Suffitus aromatū muliebria ducit, ſed & ad multa alia vtilis eſſet, niſi caput tentaret. Calidum vbi quis ſæpiùs eo vtatur, hæc mala affert, carniū effœminationem, neruorum incōtinentiā, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionē, & tandem mortē. Frigidum autem, cum immodicum fuerit, conuulſiones, diſtenſiones, liuores, rigores febriles. Frigidum inimicum oſsibus, dentibꝰ, neruis, cerebro, ſpinali medullę: calidum verò vtile. Quæcunque refrigerata ſunt, excalfacere oportet: exceptis his quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. Vlceribus, frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſupportabilem facit, liuorem obducit & rigores febriles, cōuulſiones & diſtentiones. Eſt autē vbi in diſtētione ſine vlceratione, iuuene bene carnoſo, æſtate media, frigida aquæ multa perfuſio calorē reuocat: calor autem hæc ſoluit. Calidum ſuppuratorium, nō in omni vlcere magnum eſt ad ſecuritatem indicium: cutem mollit, extenuat, dolorem ſedat: rigores, conuulſiones, & diſtenſiones mitigat: & ex his quæ ad caput attinent eius ſoluit grauitatem. Plurimùm autem confert oſsium fracturis, ſed nudis præcipuè; eorumq́ue maximè qui in capite vlcera habent, & quæcunque à frigore moriuntur,

lib. 5. Aph.

vel vlcerantur: & repentibus comeſis, ſedi, pudendis, vtero, veſicæ. His calidũ amicum, & indicans: frigidum inimicum, & perimens. In his frigido vtendum vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa, ſed circa ipſa vnde influit: & quæcunque inflãmationes, vel inflãmina ad rubrũ, & ſubcruentũ ſanguine recẽti tendunt, nam veteribus nigredinem affert. Eryſipelas etiam non ulceratũ iuuat: at exulceratum lædit. Frigida quibus nix, & glacies, pectori inimica, tuſſes mouẽt, & ſanguinem, & deſtillationes. Tumores articulorum, atq; dolores abſque vlcere, & podagricos quoque, atq; conuulſa: Horum plurima frigida aqua largè effuſa leuat, & extenuat, ſoluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem ſoluit. Lac caput dolẽtibus, malum: malum verò & febricitantibus, & quibus alia ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis: malum autem & quibus in febribus acutis biliosæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem & tabidis dare qui non ualde multum febricitant, & in febribus longis
3. vict. acut. & paruis, ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit: & præter rationem conſumptis. Aquam refrigerare omnibus in confeſſo eſt, quia tamen in acutis ſitim nõ ſedat, ſed amareſcit, & bilem parit in his qui ſuapte natura bilioſi ſunt, improbatur ab Hippocrate. Sicut & quod hipocundrijs infeſta ſit, iecur & lienẽ attollat, fluctuet, ſupernatet, tardè trãſmittatur, vt pote frigida, & coctu difficillis. Quærendũ itaque, vbi hæc verebimur, aliud remediũ: aut hoc ipſum tum decoctione, tũ aniſi aut cinna
momi

momi additione, licet exigua, emendandum. Sic enim coctu facilis euadet aqua:& vel per urinam, uel per ſudores materiam euocabit. Aceti autẽ additione miteſcet,& bilioſos affectus extinguet,celeriùs etiam tranſmittetur. Omniũ ciborũ maximè nutriens ſuilla caro eſt:uerùm concoctioni reſiſtit: præterea glutinoſum ſuccum, craſſumque generat,ad efficiẽdas obſtructiones idoneũ. Lac, & lactuca in multis utilia, dentibus euidentes noxas præſtant: ſicuti uuæ paſſæ cum granis aſſumptæ, ueſicæ, & pudendo:& acetũ pulmoni, atque utero:& uinum capiti,& menti. Hæc inquàm, & ſimilia à medicamentorum,& alimẽtorũ facultatibus deſumuntur, ut qua parte deficiunt, id quod neceſſarium eſt ſuppleas: qua lædere poſſe uidentur, ea aut corrigas, aut inuẽto ſecuriore præſidio ea permutes, & aliud in mediũ adferas. Quod Galenus libro tertio methodi à medicamẽtorũ facultate indicationẽ recẽſens, innuit, propoſito thuris exemplo. Quod ſanè prius mouendi facultatẽ habet: ſed in humida corporis temperatura etiã carnem producere poteſt: in ſicca non poteſt. Præterea, in modicè humidis ulceribus carnem efficere poteſt: in ijs quæ prahumida ſunt, non poteſt. Sic etiam dixit oleum ulceribus cauis inimicum, neruis uulneratis amiciſsimum: & uinum ulceribus optimum, inflammatis aduerſum: & oleum, ceram, æruginem, ſingula ulceribus aduerſari, coniuncta debitaque menſura permixta, medicamentum quod carnem producat, optimũ efficere. Ad hãc indicationẽ referri poſſunt, quæ in fine tertię 3. Meth.

indicationis tradita ſunt: Medicamenta quædam eſſe quę ad partes affectas vires ſuas promptiùs dirigant: ſtæchadem ad caput, tuſsilaginē ad pectus, ocimum & aromata ad cor, mentam ad ventriculum, eupatorium ad iecur, glandē vnguentariam ad lienem, ſaxifragam & bethonicā ad renes, arthemiſiam ad vterum, aiugam & hermodactylos ad iuncturas. Sciendum etiam quæ ſingulis partibus vel manifeſta qualitate, vel occulta proprietate infeſta ſint. Nam thuris, anachardi, & vt aiunt, meliſſæ vſus nimius caput offendit, & mētē perturbat. Acetū, pulmones, & vterum vellicat. Pinguia ſtomachū ſubuertunt. Dulcia lienē, & iecur attollunt. Renes, & veſicā cātharides vlcerant. Oculis officiunt braſica, petroſelinū, cānabis. Naſum percellit ſinapi: quod & ab acribus ferè omnibus accidit. Aures peculiariter obtundere creditur argētū viuū. Dētes porrū corrumpere: linguā Lithargyrū impedire. Cornu caprini, aut ceruini adhibitus nidor, epileptico conuulſionē mouet: quod & capræ, vel hirci pellem circumpoſitam, & ſulphuris fumum, efficere perhibent. Nec prætermittendum, eſſe eiuſdem ind, cationis remedia, quæ cum extrinſecus ſalntē attulesint, intrinſecùs noxā afferre ſoleāt. Nā in ijs quæ foris ſunt vlceribus innoxius eſt æruginis, æris vſti, æris ſquamæ, & cadmiæ, & pompholygis, & lithargyri, & ceruſæ, ſimiliumq; medicamētorū vſus. Quæ tamē in interioribus exhiberi nō debent: ſed hypociſtis, balauſtiū, cytini punicorū, galla, malicoriū, terra ſamia, lemniū ſigillū, & rhois roſarumq; ſuccus, & aca-

cia,aliaque id genus,quæ vlceribus internis præſidium afferunt,nec vllam viſceribus noxam inferunt.Longum eſſet ſingula recenſere quæ ad hãc indicationem faciunt. Satis ſit aliquot exemplis demonſtraſſe eius vtilitatem,atq; vſum,ab his quę in corpore ſunt,& quæ circa corpus temperamẽtum immutant,longè diuerſum.

DE SEXTADECIMA INDICAtione à lumine & influxu corporum cęleſtium. Cap. XVIII.

LVBENS prætetijſſem hanc ſemitam,mihi,vt aiunt, nimis tritam,& tot viris illuſtribus,ſed (quod animaduerſione dignum eſt) mathematicarum ignaris, & veluti cæcis de coloribus iudicium ferentibus,improbatam:niſi me Petrus à Campo Maiore medicinæ & Aſtronomiæ peritiſsimus,& diſsimulationis impatiẽs,tacitè diuertentem in viam reduxiſſet. Quod vt faceret,in mediũ adduxit Hippocratẽ,in libro de aere,aqua & locis,de Aſtronomiæ vtilitate, & ad medendũ neceſsitate acutè diſſerẽtẽ.Adiunxit etiã Galenũ diligẽtẽ ueritatis inquiſitorẽ, qui in theriacæ exhibitione interluniũ,& quartam lunam elegiſſet,& planetarum aſpectus fauorabiles & exitioſos obſeruaſſet in morborũ decretorijs : reuocata inſuper ad thema cęli natalitũ omni quæ in morbis, & quæ in ſanitate fit ſyderũ cõfigurationе.Quod ne quis modò à me fingi putet, ſubijciam uerba Galeni ex libro tertio de diebus decretorijs : qui

Gal. li. 3. de dub. decr.

ſanè prius non eſt, vt obiter reſpondeatur incredulis. quod eiuſdem teſtimonia, in commentarijs Aphoriſmorum & prædictionum paſsim occurrentia, & per ſingulos criſium ſermones inſerta, manifeſtè declarāt. Illud (inquit) denuò repetēdū eſt, qđ nos obſeruantes verißimū eſſe comperimus, ab Æegyptijs aſtronomis inuentū: Lunam non modo ægris, ſed etiam ſanis dies tandem quales futuri ſint poſſe prænunciare. Si enim ad planetas temperatos ſteterit, quos iam & ſalutares Latini, ἀγαθοποιοὺς Græci nominãt, fauſtos ac bonos producere: ſi ad intemperatos, graues moleſtosque. Fingamus homine quodam naſcēte ſalutares planetas in Ariete, malignos in Tauro eſſe. Is homo nimirū quū luna in Arietate, Cancro, Libra, Capricorno, fuerit, pulchrè deget. Quum verò Taurū ipſum, vel tetragonū aliquod, vel diametrum ſignū occupat, malè tunc & moleſtè vitā tranſiget. Atque iā morborū initia huic quùm Luna in Tauro, Leone, Scorpione, & Aquario fuerit peſsima: ſine periculo autē & ſalutaria ſunt cū Arietem, Cancrū, Librā, Capricornū Luna permeat. Verba ſunt Galeni ad prædictionē accōmodata, ſed ad curationē etiā idonea: ità, vt ex ſalutaribus planetis tum vacuationū, tum alterationū vtiliter adhibendarum indicationem aſſumas: ex intemperatis contrarium elicias. Nam ſi Luna Martem corpore vel aſpectu attigerit, & morbus calidus extiterit, audacter refrigerare licebit: ſi frigidus, occaſione idoneæ curationis fruemur. Saturnū aūt frigoria facientē in calido affectu nō ue

rebimur,

rebimur, niſi virtutis, quę in calido cõſiſtit, præci pua cura ſuſcepta ſit: in frigido autem, adductis in tenſisque calefacientiũ gradibus, impetũ illius retundemus. In purgationibus vtrũq; fugiemus hoſtiliter aſpicientẽ, & ſi morbus dederit inducias, Lunã in ſanguinis aqueis eligemus. Iupiter medicamenta familiariter retinere creditur: quare huius radij in purgãdo prohibẽtur. Fauorabiles alio rũ aſpectus tam in purgatione, quàm in venæ ſectione cõuenire dicuntur, atque etiã Iupiter ipſe in ſanguine mittendo. Cauendũ autẽ monent, ne ferro, aut igne mẽbrũ tangatur, Luna ſignũ illud permeante, quod mẽbro deſignato præſidet. Quod verò ad medicamenta attinet, in Ariete caput curãt, in Tauro collum, in Geminis artus, in Cãcro pectus, in Leone ſtomachum & Cor, in Virgine ventrem, in Libra renes, in Scorpione pudẽda, in Sagittario coxas, in Capricorno genua, in Aquario tibias, in Piſcibus pedes: ſelecta in his ſignis Luna maleficis libera, & ſalutaribus irradiata. Nec deſunt ſummæ experientiæ & audacis ingenij homines, qui in ſingulis medicamẽta præparant miſcent, & componunt: capiti, collo, pectori, cordi, cæteriſq; particulis tum vi elementaria, tũ faculta te cœleſti profutura. Qua ratione Galenus Cancros ab Aeſcrione pręceptore ſuo ad rabidorũ cã nũ morſus vri refert poſt Canis ortũ, Luna decimaoctaua, quãdo Sol in Leonẽ trãſiſſet. Et Dioſcorides Aſplenion ſilente Luna ad ſterilitatẽ effodi ſcribit. Pæoniam alij decreſcẽte Luna comitialibus iubent alligari, vel colligi. Marcellus verò

11. Simp. med.

Luna

Luna decimaſeptima, & uel Iouis, uel Solis die, efficacia ſua medicamenta uel parare, uel exhibere ſolet. Quidam etiã eò progreſsi ſunt, ut ſydera ipſa repreſentarẽt in lapide uel metallo, an nuli, uel ſigilli formam. Vt de figura Scorpionis in lapide bezahar ſub ſuo ſydere exculpta, refert Haly Rodoam, Ptolomæi interpres. Quam thuri, vel maſtici impreſſam, dato eo thure uel maſtice, ijs qui à Scorpionibus ictiſuiſſent, præſentiſsimũ remediũ attuliſſe adfirmat. Simile quiddã ſcribũt de figura Leonis, Sole in Leone angulari, in auro puriſsimo exculpta. Quam ſub lumbis geſtatã, calculoſis mirũ in modũ prodeſſe teſtatur. A qua nõ multũ abeſt Alexãdri Tralliani figura, leone, ſemiluna, & ſtella cõſtãs, cõſcripto in ambiente circulo beſtiæ nomine: quam in teſſera ænea formatã, & aureo anulo incluſam geſtare iubet in digito medio, ad curandos, cauendosq; renũ calculos. Quæ ideò à nobis proponuntur, vt omnes intelligãt nõ ſine magna ratione, nec ſine digna experimentorum teſtificatione ueteribus, ijsque probatis authoribus receptam fuiſſe hãc de aſtris ſcientiam. Quam tamen cum ad unguem nõ tenuiſſent, nõdùm benè culta per ea tempora motuum ratione locis communibus contenti, quid in ulteriore doctrina conſiſteret ſatis indicarunt. Hãc ego pro ſuſcepta indicationum materia uberiùs traderem, niſi me Galeni exẽplũ moueret. Qui quãq̃ in artis operibus mirabili dexteritate utetur, ſi quãdo tamẽ mathematicã aliquam ſpeculationẽ, quæ ad propoſitam medicinæ rationem faceret, tractan-

10. de vſu par.

dam ſuſcepiſſet, odium incurrebat eorũ qui ſcientiæ opinionem ſibi uendicarent, docti verò nõ eſſent. Imò mathematica, quæ locũ haberẽt, in ſuis commentarijs ſe ſpõte omiſiſſe fatetur, ne medici libros ſuos penitus auerſarentur. Pari modo mihi cauẽdum eſt, ne infenſos mihi reddam eos qui contradictione, ignorantiæ pediſſequa, non ratione feruntur in cœleſtis diſciplinæ calumniã. Satis ſit idicaſſe quid Hippocrates, quid Galenus, quid ueteres illi probatæ lectionis medici de ea ſenſerint, quid eã ad medicinam cõferre exiſtimarint. Cætera partim ex libro de motu ægritudinũ ſecũdũ motũ & diſpoſitionẽ Lunæ Hippocrati aſcripto, partim ex alio Galeni opuſculo de Aſtrologia ad Aphrodiſium, petere licebit. Hoc tamẽ Galeni eſſe negant: aſſerit Ioſephus Struthius interpres. Si qui plura deſiderat, conſulat Ptolomæũ, Abenragelem, Regimontanũ, Amicũ medicorũ, & reliquã Aſtrologorum familiam. Atq; hic finẽ faciat ſimplicium indicationum contemplatio.

DE COMPLICATIONE, CONTRARIETATE, & CONCURSU INDICATIONUM. Cap. XIX.

EXPOSITIS ſimplicibus indicationibus, de complicatis nunc decendum. Has ex affectuum, morborum inquam, cauſarum & ſymptomatum complexione procedere manifeſtum eſt. In quibus triplex proponitur finis. Vnus, ueluti à cauſis eius qđ futurũ eſt, ſumptus. 3. Meth.

Alter:

Alter, vt quod rationē obtinet eius ſine quo non. Tertius, eius quod veluti accelerantiū, & vrgētiū nominatur. Veluti ſi phlegmone, & cauitas, & ſordes, & vlcus ſimul in eadē particula cōſtiterāt. Nā iuſta ſubiectæ carnis tēperies cauſæ rationē habet vt quæ concreſcere ſecū qđ vlceratū eſt faciat, & cauitatē implet, quod phlegmonis ītēperies impedit. Puritas vlceris rationē habet eius ſine quo nō: atque hanc ſordes interpellans, curationē moratur. Habet verò & ipſa cauitas ad vlcus rationē eius ſine quo non: quādo niſi cauitas priùs impleta ſit, induci cicatrice vlcus non poſsit. Ergo ſi ad hæc reſpexeris, ordinem ſanationis inuenies: primùm inquàm, phlegmonem ſanandum, ſecundo loco ſordem, tertio cauitatem, & quarto vlcus. Ac in ijs quidem tum ordo, tum agendorum inuentio ex his ſumitur. Vrgentis verò indicatio inter iſta nō habetur: in alijs autem habetur. Nā affectus vnde primùm, maximeque imminet homini periculū, hic prim⁹ curari debet: interdū verò nō primus modo, verùm etiam ſolus. Veluti ſi puncto muſculi capite, conuulſio quæ nulla continentium medicamentorū vi remittatur, ſuperueniat: quippe præciſo per tranſuerſum toto muſculo cōuulſionem quidem ſanaueris, aliquem tamen ex particulæ motibus vitaueris. Ad eundem modum cùm è vena vel arteria ſanguinis immodicè profluit, ſi totum vas per tranſuerſum præcideris, vlcus quidem eius ſanare poſteà non poteris, periculum tamen quod ex profluuio ſanguinis impedebat, ſuſtuleris. Iam neruū punctū ſæpè cogimur

tranſuer-

tranſuerſum præcidere, quoties vel conuulſiones, vel deliria, vel ambo magna, ægreque ſanabilia ſuperuenire vulnerationi cernimus. Pari modo vbi luxatio cum vlcere in aliquo maiorum articulorũ incidit, vlcus ſanamus, luxationem autẽ inſanatã relinquimus: quandò ſi hãc quoque ſanare conemur, conuulſiones omnino ſequentur. Tertius itaque propoſitus medendi finis is eſt, qui ad id quod vrget, dirigitur: diuerſus nimirum à duobus illis modo dictis. Neq; enim idem eſt, aliquid vel vt cauſam conſiderare, vel vt id q̃d rationem obtinet eius ſine quo non, vel vt quod vrget. Sed & quod vrget, tum eiuſmodi interdũ eſſe vt aliun insanabilem affectum relinquat, dictum iam eſt: tum verò affectum ipſum nõnunquàm à nobis ipſis induci partim in neruo puncto, vel tendone, vel vaſorum cuiuſquam ſanguinis profuſione, partim in muſculo cuius caput eſt vulneratum. Nam vbi luxatio cum vlcere vna conſiſtit, non ipſi affectum facimus, ſed tantum eum qui factus eſt, non ſanamus. In vniuerſum autem cum in idem multi ac varij affectus coierint, hi ſi vnà mẽdẽdi rationẽ indicent, vtique intendi magis eam rationem conueniet, quàm ſi ſinguli ſeorſum conſiſterent: ſin contrarij ſint, is qui vincit & ſuperat affectus, qui inquam maximus omnium eſt prius eſt corrigendus: ita tamen ne reliquũ omnino negligas. Quòd ſi æqualiter pollentes videris, pari ſtudio eſt vtrique conſulendum. Atque hæc ratio perpetua ſit omnium coniungatorũ affectuũ. Cõſentientibus itaque omnibus indicationibus, vnam prorſus curationis

3. ſan.tu. & 11. Meth. & cap. 14. li. 1. ad Glauc.

3. Meth.

rationis ſpeciem conſtituemus. Diſsidentibus verò inter ſe, quæ valentiores ac plures ſint preferemus, ita vt curationis ſpecies quam hę præſcribãt, præferatur: ſic tamẽ vt ne contraria ſit neglecta. Porrò prælatio hæc aliàs vtriuſque in vnius auxilij materiam mixtis perficitur, aliàs ſeorſum ſumptis. Ac communis quidem hæc ratio eſt omniũ quæ inter ſe complicatæ ſunt contrariarũ indicationũ. Quomodo autem hanc ad vſum conferre oporteat, cum aliquando ipſi morbi coeuntes ſint contrarij, aliquando morbus vnus ſit, ſed qui contrariam aut naturali laborantis temperamẽto, aut ei quod nunc acquiſierit, indicationem ſubijciat: præterea ætati, conſuetudini, & regioni, & anni tempori, alijſque prædictis, nunc propoſito exemplo particulatim dicendum. Nihil in cõtrarijs indicationibus tàm conuenit expendi, quàm magnitudinem eorum quæ ad indicationem coierũt. Quã vtique in libris de ſanitate tuenda duplicem eſſe oſtendit Galenus. Alteram, quæ ex ipſorum quæ indicãtur dignitatibus cenſeatur. Alterã, quæ ex ipſorum, vt ſic dicam, proprijs ſubſtantijs ſpectetur. Quas ex conferendo cum mediocri, & quod ſecundum naturam eſt, accipiendas eſſe teſtatur. Niſi.n.ita quis indicationũ poteſtates examinet, nequeat ſanè mẽſurã victus & remediorũ
8.Meth. inuenire. Cùm enim refrigerandũ, humectandũque eſſe febris perpetuò indicet, reliquorum verò quodque prout dictum eſt, vbi cõcors eorum indicatio eſt, ibi nullũ exhibetur negotiũ: vbi diſcors, pluribus ac potioribus formari curatio debebit.

bebit. Siquidē in modo propoſitis, ex eo quod febricitāt, cōmunis refrigerātiū & humectātiū indicatio præſtatur: nō tamē ex cæteris. Sed cuius tū ætas, tū tēperamētū, tū regio, tū anni tēpus, & cœli ſtatus, aliaq; huiuſmodi humectantia, refrigerantiaq; exhibēda indicant: hunc haud dubiū eſt non ſolùm humectādū refrigerādumq; eſſe, ſed etiam nec leuiter hæc, nec vtcunq; faciēda eſſe, imò planè magnoperè ac vehemēter: omnibus ſcilicet indicationibus idē dictātibus. Cuius verò reliqua omnia refrigerātē quidē humectātemque uictū, quemadmodū & febris, nō indicāt: ſed contrariū ipſi, calefaciētē ſcilicet & ſiccātē: utiq; ambiguitas, pugnaque indicationum inter ſe oritur. Quo caſu magnoperè opus eſt tū numerū indicationū, tum magnitudinem ſimul conferas. Quippe quæ à febri ſumitur, ea reliquis (quandò omnes cōtrarium faciendum præſcribunt) numero quidē inferior eſt: magnitudine tamen quæ ex dignitate, aut pòteſtate, aut quomodocunq; appellas libet, ſpectatur, utique ſuperior eſt potiſsimùm ſi longè à natura receſsit. Quippe duplex tum magnitudo illi accedit, nēpe quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus eſt communis: & quæ propria, ſuaque ipſius eſt. Siquidē & quia febris plus cæteris omnibus ſolicitos nos habet: & quia præterquàm quòd febris eſt, etiam magnitudo illi notabilis acceſsit, idcircò contrarias indicationes inducit, atq; obumbrat. Sin parua illa fuerint, fas eſt reliquas omnes una coniunctas cum ea cōferri, atque expendi. Ac ſi quidē pares videantur, neque

febris

febris indicatio præfertur, quæ ad humectãdũ & refrigerandũ inducit: neque etiam reliquorũ, quæ ad calefaciendum & ſiccandũ inuitant: imò media uictus ratio, ubi ita ſe corpus habet, eligenda erit. Sin altera indicatio exuperet, tantũ receſsiſſe à temperamento, & medio uictu par eſt, quantum ea quæ pollent, ſua contraria ſuperant. Quod autẽ de uictu, pari modo de medicamentis intelligi debere clarum eſt. At de uirium imbecillitate,
9. Meth. quæ coniunctam habuerit corruptelam, quid dicendum? Nam quod corruptum eſt, cum alienũ à natura ſit, ſe auferẽdum dictat. Quod infirmum, non ablatione, ſed potius additione, uel ſaltem eorum quæ adſunt conſeruatione, ſuſtentari poſtulat. Sic quod affectus remedium eſt, id cum uirtutis cuſtodia pugnat. Siquidem affectus uacuandum eſſe præcipit, idque uel uena inciſa, uel purgatione. Harum autem neutram ferent, imbecillæ uires. Quoniam igitur in omnibus eiuſmodi repugnantijs incerta ſuccurrendi ratio eſt, aliàs inſanabilis omnino affectus relinquet: aliàs ſpatio, & ægrè: atq; ſi magnum nactus ſit medicũ, ſanari poterit. Oportet namque ubi hæ indicationes ita ſibi aduerſantur, & paulatim quod uitioſum eſt
8. Meth. uacuare, & paulatim inuicẽ qđ ſalubre eſt pro eo reponere. Ergo tum exercitatũ in his omnibus, tũ natura prudentem eſſe medicum conueniet, quò cuiuſque indicationis poteſtate diligenter cõſiderata, omnibusque inter ſe collatis, unã idoneæ curationis ſummam quæ laboranti ſit commoda, comparet: perpenſis ſcilicet eorũ quæ indicẽt tũ

magni-

magnitudine,tum dignitate. Oſtendimus enim eli gendas eas indicationes eſſe, quas digniora,maio- 11. meth.
raque indicantia præſcribent: ac dignitatem corũ vel vitæ,vel ſanitatis reſpectu iudicandam: magnitudinem vero duplicem eſſe, vel propriæ ſubſtantiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu. Quod Galenus in febribus exercet lib.8.& 11.me- 10. meth.
thodi. Addit etiam libro decimo fieri aliquando poſſe, vt ea ſit febris magnitudo, quæ præſentem perniciẽ niſi occuras, afferat. Quo caſu oportebit hac prius ſummota, deinde ad cauſam accedere. Obſeruandum itaque in omnibus tum corpori- 11. meth.
bus, tum particulis, in quibus humor peccat, quis morbus, quæ cauſa, & quod ſymptoma ſit maximè vehemens,quod ſecundo loco,aut tertio: quò videlicet affectu ex ipſis planè inuento, idoneam ei curam adhibeas.

Epilogus.

PERACTO indicationum curriculo, expoſitaq; per eas artificioſa, ac maximè tuta medendi methodo,ſupereſt,vt totius doctrinæ epilogũ ſummatim perſtringamus. Eum aũt ad conficiendas quę multis placent tabulas, cæteris quę in hunc vſque diem circunferuntur longè præſtantiores, plurimùm conferre fatebitur, quicunque non contradictionis ſtudio, ſed veritatis amore ad iudicãdũ acceſſerit. Indicationes ergo decẽ & ſex principales aſsignauimus. Quarũ prima ab 1
affectus, qui curandus ſumitur, tum natura, tum magnitudine capitur: natura, ſeu propria illius

eſſentia curationem per contraria indicante: magnitudine autem de vacuationibus alioqui nõ neceſſarijs decernente. Affectus autem nomine non ſolum morbum, ſed & morbi cauſam, & ſympto ma intelligimus. Hæc enim tria ſunt quæ contrarijs expelli poſtulãt: prouidentiã tamẽ veriùs quã
2 curationem exigente cauſa. Secunda indicatio, à temperamẽto totius corporis deſumpta eſt. Quę ſanè contrariam à morbo indicationẽ habet. Nã ſimilibus ſeruari poſtulat, etiamſi quo tẽpore morbus inuaſit, vitio non careret. Vitiũ enim per ſanitatẽ diuturnitate cõtractũ pro conſuetudine (quę in curando immutari non debet) in morbo haberi volunt. Contrarietatis autẽ adhibendæ menſuram definit hæc indicatio. Sicut & tertia, quæ à
3 parte affecta petitur, conſiderãdo in ea tẽperamẽtũ cum reliquo corpore aut idem, aut diuerſum: necnon figuram cauitatem habentem, fungoſam, latam, capacem, rarã, denſam, ad vacuationes magis, minùsve idoneam: atque etiam poſituram, ſitùmve, ac ſocietatem cum vicinis partibus, tum ad delendas intemperies, tũ ad ſuccorũ vitia per reulſiones, deriuationes, & ſimplices à parte vacuationes tollenda, vtilẽ, & valde neceſſariã: necnon facultatis dignitatẽ ac præſtantiam, ſiue ſit de earũ numero, quæ omnibus corporis partibus ſunt cõmunes, atque adeò neceſſariæ, ſiue vniuerſo corpori vtiles: nõ etiã alteri parti communes, ſiue cõmunes quidẽ, ſed non ad vitam neceſſariæ, licèt miniſterium præſtent ad vitã neceſſariũ, ſiue priuatæ ac propriæ, ſiue ſubſeruientes & aduentitię.

Addit & ſenſus acuitas & hebetudo, q̄ ſub actio-
ne, vel ſub temperamento comprehendi poterat.
Quarta indicatio eſt à viribus ægrotantis, conſi- 4
ſtẽtibus in ſpiritibꝰ, carnoſo genere, & ſolidis ani-
malis particulis, à iecinore ꝑ venas alimoniam, à
corde ꝑ arterias vitã, à cerebro ſenſum, & motũ
per neruos accipientibus. Quæ cum vel alterata,
vel exhauſta, conſumptáve fuerint, ſimilibus cu-
ſtodiri, aut reſtitui debent: ſpiritus quidem, reſpi-
ratione ac tranſpiratione, & q̃ ex ſanguine attol-
litur vapore: ſolidum genus, ſolido nutrimento:
carnoſa ſubſtantia, per eam rerum naturam quæ
in medio humidorum ac ſolidorum corporũ eſt.
Quinto loco venit aer ambiens, conſideratus in 5
loco habitationis natura, aut arte, calido, frigido,
humido, ſicco, ædito, ſubterraneo, obſcuro, lumi-
noſo, puro, impuro, perflato, intercepto, incluſo.
Necnon in regione montana, edita, intercepta, in-
cluſa, humili, plana, marina, petroſa, metallica, ar-
gilloſa, aliáve terra prædita, impura, peſtilẽti, pura,
incolumi, Orientali, Meridiana, Occidentali, Se-
ptentrionali, Aſiatica, Europæa, Africana, & noui
orbis. Atque in anni tẽpore uerno, æſtiuo, autum-
nali, hyberno: atq; horũ partibus primis, medijs,
vltimis, & Lunæ quadris, partibuſque diei ac no-
cti aſsignatis. Præterea in præſenti cœli ſtatu tem-
perato, intemperato, nubiloſo, pluuio, ſereno, ſic-
co, auſtrino, Aquilonio, alijſque uentis generali-
bus, & particularibus affecto. Sexta eſt ab ætate
puerili, adoleſcentia, iuuẽtute, ſenectute, & ſenio.
Quæ cuſtodiam ſui per ſimilia ſemper indicant:

excepto ſenio, morboſo temperamento, quod cō-
7 trarijs emendari debet. ſeptimam exhibet conſue-
tudo, & ipſa ſimilibus ſeruanda: Sicut & quæ o-
8 ctauo loco venit, naturarum proprietas: Et quæ
9 nono, ſexus diſtinctio: Quæq; decimo, vitæ actio.
10, 11 Vndecima verò à morborum longitudine, aut bre
12 uitate, & acuitate petitur. Duodecima per quatuor
morborum tempora, principium, incrementum,
vigorem, & declinationem, victum inſtituere, &
13 medicamenta opportunè exhibere docet. Quod
& facit decimatertia in particularibus morborum
acceſsionibus, aut incipientibus, aut progredien-
14 tibus, aut vigentibus, aut inclinantibus. Et de-
15 cimaquarta in quotidianis, ordinatiſque alijs na-
turæ functionibus. At quintadecima facultates medicamentorum explorat, qua parte vtiles, qua noxiæ ſint futuræ: indicante correctionem, vel tranſitum ad aliud ipſa noxa. Decimamſextam his addet, qui aſtris rationabiliter uti ſciuerit. Contrarietatem ergo duo tantum indicant: affectus qui curandus ſumitur, ſiue is ſit morbus, ſiue cauſa, ſiue ſymptoma: & aer ambiens, ſi eandem cum morbo qualitatem obtineat. nam qui contrariam habet naturam, præſidiorum eſt vnum. Similibus ſeruari poſtulant, temperamentum corporis, temperamentum partis affectæ, vnà cum cęteris formationis, poſituræ, facultatis, & ſenſus conſiderationibus: vires: aer aut temperatus, aut contrariā morbo qualitatem obtinens: ætas: conſuetudo: naturarum proprietas: ſexus: vitæ inſtitutum, & ars. Vtriuſque, hoc eſt & ſimilia, & cōtraria poſtu-

lanti-

lantibus iuſtam viendi occaſionem, opportunitatemque præbent, morborum longitudo & breuitas: Quatuor morborum tempora particulares acceſsiones: & quotidianæ ordinatæque aliæ naturæ functiones. Medicamentorum verò facultates, curationis ſecuritatem oſtendunt, dum quid vel caſtigandum, vel prorſus omittendum ſuadent. His Aſtronomiæ periti, vitatis aduerſis ſyderum configurationibus opportunas, conuenienteſque adhibere poterunt: modo morbus dederit inducias, nec ex cæteris occaſionibus (quas præcipites, & caluas eſſe ſciuerimus) quicquam deperierit. Hæ ſunt indicationes quæ curatiuam methodum conſtituunt, dum remediorum adhibendorum qualitatem, ordinem, tempuſque occaſionis magiſtrum oſtendunt.

Finis primi libri.

AVGERII FERERII TOLOSATIS, DE MEDENDI METHODO.

Liber Secundus.

PRAEFATIO.

POSTQVAM oſteſum eſt Methodū ſeiunctā ab experiētia procedere, & remediorū inuētionem, ſalubremq; illorū uſum ꝑ indicationes ordine progredi: ſupereſt, vt ꝗbus intentionibus ſeu ſcopis curatiuis indicationes in actū deducuntur, explicemus. Quibus expoſitis, experiētiā quoque, alterū medicinę crus, in ſubſidiū aduocare licebit: propoſitis nimirū inſtrumētis, quibus ea cū ratione coniungi poſsit. Dirigēda tamē, ubique, atq; in omnibus moderāda per rationē experiētia, alioqui incertta, fallax, & periculoſa: nec cōmittēdū ut fortuitò, cū his quæ methodo procedunt, cōmiſceatur: ne, qđ empiricis accidere ſolet, pro benefico remedio ægrotāti mors propinetur. Duodecim ergo ſunt ſcopi generales, quibus frequētiſsimè in medicinæ opus trahūtur curatiuæ illæ indicationes, quæ Methodū cōſtituūt. Primus cōſiſtit in uictu. Alter, in cōmuniū excremētorum eductione. Tertius, in ſanguinis miſsione.

Quartus

Quartus in blanda, ſeu facili purgatione, quã minoratẽ appellãt. Quintus, in corporis pleniùs vacuandi & humorũ qui expurgari debẽt, præparatione, attenuatione, & concoctione. Sextus, in pleniore peccãtis materiæ expurgatione. Septimus, in reuulſione. Octauus, in deriuatione. Nõus in ſimplici à parte affecta uacuatione. Decimus, in reliquiarũ cõſumptione, & malæ qualitatis emendatione, & roboratione. Vndecimus Homerica medicatione. Duodecimus inſtauratione, & conſumptæ aut deperditæ ſubſtantiæ reparatione, ac reſtitutione. Alios ab his non multum diuerſos, ex Chirurgia petere licebit. De qua tamen nonnihil dicturi ſumus, ne quid omiſiſſe uideamur, quod ad indicationum uſum ſpectet.

De Victu. Cap. I.

Victus quidã eſt tenuis: quidam plenus: quidam medius. Tenuis conſtat cibo aut nullo, aut pauciſsimo, eoque tenuis & pauciſsimæ alimoniæ: & eſt duplex. Tenuis inquàm exquiſitè, quem tenuiſsimũ appellãt: & tenuis ſimpliciter. Tenuiſsimus ille rurſus, uel in extremo eſt, integra uſque ad maximũ uigorẽ & indicationẽ conſtans inedia: uel nõ in extremo, qui ſolũ adhibet melicratum, aut ptiſanæ ſuccũ perpaucũ. Tenuis ſimpliciter, cremorẽ hordei non adeò paucũ admittit: ſed & ptiſanã integrã, interdùm etiã tenue ius pulli, aut aliud ex piſcib⁹ ſaxatilibus, tergẽtiũ, attenuãtiũ, & aperientium adiunctione ſæpe cõdi

 tis.

tis. Plenus victus duplex eſt: Exactè plenus, & plenus ſimpliciter. Ille alimentis craſsi, ſed boni ſucci (quid.n.opus eſt vitioſo?) cōſtituitur: videlicet pane triticeo, farre, chondro, ſeu alica, oryza, ſuib. mediocris iā ętatis, carne veruecina, & vitulina, oti dib. vberib. animalium boni habitus lac continentibus, ventriculis volatilium, corde, pulmone, iecinore, ouis coctione induratis, caſeo recenti, teſtudinib. limacibus, cochleis, purpuris, oſtreis, cæteriſq; teſtacies, quæ oſtracoderma græci appellant. Cruſtatis etiā aſtacis, paguris, cancris, locuſtis, caridib. gāmaris, ac id genus alijs quæ tenui teſta cōcluduntur, duritieq; teſtaceis ſimilia ſunt. Necnon cartilagines, raia, leuiraia, ſquatina. Mullo etiam & lupo. Fructibus etiam ſolidioribus, amigdalis, pineis, piſtaceis, auellanis, tuberibus, caſtaneis: & fabis, piſis, lupinis. Quæ verò boni, nec craſsi ſunt ſucci, ſi copioſiùs ingerantur, ad exactè plenum ſpectare in confeſſo eſt. Plenus ſimpliciter, cōſtat alimentis boni ſucci, facills concoctionis, ac diſtributionis, alioqui benè alentib. In quo genere ſunt Oua gallinarum, & phaſianarum recētia, ſorbilia, tremula: lac aſininum, caprinum, ouillum, vaccinum: ptiſana hordei ex iure carnium. ptiſana ex lacte, polenta panis triticei, conſumptum ius carniū, aut piſcium bene alentium: Phacoptiſana, panis elotus, gallinacei generis mares & fœminæ, perdices, turdi, Merulæ, pulli columbarum, turtures, attagenes, phaſiani, turricolæ ac montanę auiculæ, cuniculi parui, hædis pedes, veruecini, & ſuilli præſertim ptiſanæ incocti, lingua veruecina, & ſuilla,

& roſtrum ſuis in ptiſana, teſtes gallinaceorum, iecinora, & alæ gallinarum, & anſerum, muſculi oculorũ. Piſces etiam ſaxatiles, pelagici, littorales, ſcarus, merula, turdus, iulia, ficedula, percha: gobij littorales, murœnæ pelagicæ, bulgoſi, Aſelli, Cithari, rhombi, hepti, vmbræ, lingulacę, pſitæ, lacerti: Adde ſalmones, & aloſas. Medium tenent ptiſana ex lacte amygdalino, ptiſana ex tenui iure pulli, aut auicularum, aut piſcium proximè commendatorum: polenta ex hordeo viridi, aut toſto: Polenta ex panibus hordeaceis, panes ipſi hordeacei: iuſcula carnium & piſcium mediocris ſucci, nõ conſummata gelu, & ius ex piſcibus mediocriter alentibus, echini marini: & caricæ, vuæ tum recentes tum appenſæ, tum paſſæ, & pruna, pyra, dactyli. Adde etiam ex plantis Aſparagos, Simeoni Setho inter olera & carnes quodammodo medios. Exiguus etiam alimentorum boni facilisque ſucci vſus, inter tenuem & plenum mediocritatem conſtituit. Quod & de ijs quę tenuem victum faciunt, ſi quando pleniùs ingerantur, exiſtimandum. Omnẽ autem victus rationem medicamentoſam efficere licebit, addendo ea quæ tergendo, attenuando, aperiendo, laxando, calefaciendo, refrigerando, humectando, ſiccãdo, aſtringendo, incraſſando, ſimiliaque efficiendo, profutura videbuntur. De quib. in victu medicamentoſo dicturi ſumus, capite quinto. Supereſt vt indicationum vſum per hunc ſcopum commõſtremus. Affectus primùm ſi calidus eſt & ſiccus, vt febris, victum frigidum & humidum poſcit. At ſi corporis temperamentum

cali-

calidum ſit & ſiccum, moderanda erit refrigeran tiũ & humectantiũ tũ qualitas, tũ quantitas: & magis ſi cor febrilis caloris ſedes, in calido & ſicco per ſanitatẽ excreuerit. Verùm cùm in eo tẽperamento vires minùs valentes ſint, harũ cura per totum morbi decurſum ſuſcipienda, ſelectis quæ vires fouere poſsint alimentis, citra euidentem, quæ morbo inferatur, noxam. Et ſi ob ventriculi aut iecinoris infirmitatem id accidat, his peculiariter ſubueniemus, ſi cor, facultatem vitalem roborabimus: ſi cerebrum, animales potentias idoneis præſidijs in cibum iniectis reparabimus, ac reſtituemus. Tùm aeris ambientis rationem habebimus: qui ſi calidus extiterit, impenſiùs refrigerandum docebit: niſi ætas, conſuetudo (quibus plurimùm condonãdum) naturarum proprietas, ſexus, vitæ actio, calida & ſicca, contrarium faciendum indicarint. Atque his ſanè victus qualitas maximè præ monſtratur. Quantitas verò, primùm lõgitudine, aut breuitate cùm acuitate coniuncta, indicatur. Breues enim, acutique morbi tenuem victum poſtulant. Sed peracutiſsimi, quibus maximus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura eſt, ten uiſsimum in extremo requirunt. Peracuti verò, qui ſeptem primis diebus iudicantur, non tenuiſſimum in extremo, ſed adhuc tenuiſsimũ. Forti ta mẽ exiſtẽte natura. Nã ſi robori nõ ſatis fidamus, plenioris victus aliquid adijciendũ. Acutiſsimi, qui in quatuordecim diebus finiuntur, pleniorem victum deſiderant. Eum etiam quem medium nominauimus, acuti, qui ad vigeſimum diem accedunt.

Hip. lib. 1. Aph. & Gale. in comm.

dunt. Vberiorem hunc etiã acuti ex decidẽtia, qui ad quadageſimum, aut vltrà perueniunt. Nam qui planè chronici ſunt, plenum ſimpliciter expoſcũt. Altero autem exactè pleno tunc ſolùm vtimur, quùm corporibus athleticis, aut alijs vehementi calore præditis, aut multo labore exercitis, robur cibo addere ſtudemus: necnon quibus humores ob tenuitatem moleſtiam adferunt, aut alioqui immodicè fluunt, & retentioni reſiſtunt. Poſthæc, à quatuor morborum temporibus diſcrimen aliud aſſumitur. Nam in vigore, & parùm ante ipſum, cibum detrahere conuenit, ne per cibum diſtrahatur natura ad alteram nouam concoctionem, cùm eo tempore vni humorum coctioni fortiter vacet. Priùs verò vberius agendum, vt æger ſufficiat. Sed in declinatione, medius victus ad reficiendũ primò cõuenit: deinde etiam parùm plenus. Qua autem diei parte cibandum ſit, indicant particulares morborum acceſsiones, ſi fortè intermittãt, aut manifeſtè remittant. Nam illis incipientibus, vel perſeuerantibus cibus offerri non debet: nec niſi longè antequàm incipiant, vel multo tempore poſtquàm ceſſauerint: exceptis naturis quibuſdam, calidis & ſiccis, imbecillis, externis cauſis fatigatis. Quas vel inclinantibus, vel incipientibus acceſsionibus cibandas eſſe docuimus. In continuis verò facilis toleratio ſpectatur, vnà cum conſuetudine, prout diximus. At ordinata naturæ functio, quæ p ſingulos dies ſpectatur, indicat cibũ minimè offerendum, donec prior deſcenderit: neque prãdij aut cœnæ horam mutandã, quocũque

victus

uictus genere utendum propoſuerimus: neq; interdiu dormiendum, neq; uigilandum noctu, niſi acceſsiones conſuetas ſomni & uigiliæ horas mutandas indicarint. Neq; enim in acceſsionibus ſomnus toleratur: ſicuti nec corporis aut animi motus. Quies autem utiliſsima iudicatur. Sed neq; per acceſsiones (niſi quid aliud urgeat) clyſteribus aluus ſollicitanda eſt: ſed longè antequã inuaſerint, vel poſtquàm omnino quieuerint. De qua re ſeorſum dicendum. Inde enim alteram intentionem fecerunt, qui facilitatem exactæ doctrinæ præpoſuerunt. Quod in plerisque tolerandum.

DE COMMVNIBVS, QVAE *in aluo retinentur, excrementis educendis.*

Cap. I I.

INSTITVTO uictu, medicus de alui excrementis ſollicitus eſſe ſolet. Quæ ſi non excernantur, vel glande, vel clyſtere excretionem promouet: interdum etiam ſedis perunctionibus, aut mollientibus iuſculis. Glandes melle cocto fiunt, additis vel ſalis, vel aluminis, uel nitri, vel pulueris picræ portiunculis, pro tarditate facultatis expultricis, & retentricis exceſſu. Interdùm etiam butyrum ſale aſperſum, aut adeps ſuillus ſalitus, aut uitellus oui admixto ſale, uel alumine, uel nitro, uel alijs eiuſmodi, goſsipio, uel panno lineo excipiũtur, & glãdis loco ſubijciũtur. Pueris braſsicæ, aut betę radice, melle, oleo, aut butyro perũcta, aut larido teſſellatim inciſo, aut can-

dela

dela oleo peruncta, glandes param as: quibus facto in ſphinctere irritamento, natura ad excretionem moueatur. Perunctiones ſedis, ſale, alumine, nitro, aloe, exceptis melle, butyro, aut vitello oui, aut adipe, componũtur. Clyſteres olim ad ſimplicem hanc intentionem mulſa & oleo tantũ conſtabant. Hodiè artificioſius parantur decocto lubricante, ex malua, althea, parietaria, violaria, ſpinachia, boragine, bugloſſa, brancha vrſina, mercuriali, braſſica, beta, cicla, vrtica, radicibus & folijs cucumeris, peponum, cucurbitæ, lactuca agreſti & ſatiua, acetoſa, portulaca: Cum prunis, caryciis, paſſulis, ſeminibus lini, fœnugręci, altheæ: Adiecto interdùm furfure in panno ligato, atque hordęo aut integro, aut mundato. In hoc percolato diſſoluuntur quæ leniant, caſsia nigra vel recenter extracta, vel ſaccharo, aut melle condita: & diaprunum ſimplex: & electarium catholicum. Quæque vnà abſtergant, mel aut commune, aut violatum, aut roſaceum, aut bugloſſatum, aut mercuriale, aut anthoſatum, aut geniſtatum: vel ſaccharum ſordidum, quod rubrum appellant. Ad lubricandum verò oleum dulce, violatum, roſatum, chamęmelinum, amygdalinum dulce, ſambucinum, ſeſaminum, anethinum, lirinum, & de meliloto. Addunt aliqui vitellos ouorum, ad abſtergendum: & ſalem, ad irritandam facultatem expultricem. Cũ & balanos, & clyſteres recuſat æger, vel aliquid adeſt quod ea admoueri prohibet: tùm cibis medicamentoſis, humectantibus, mollientibus, lubricantibus, tergentibus, excretionem promouemus. Videlicet ouo-

rum,

rum vitellis duobus aut tribus, adiecto vel ſaccharo rubro, vel nitro, vel tartaro: prunis, vel carycis, vel vuis paſsis, vel iuiubis aut myxis in hydromelite dilutiore pcoctis; pſertim ſi liquor ſuperſorbeatur, & prandium non ſtatim, ſed aliquãto poſt inchoetur. Decocto etiam maluarum, ſpinachiæ, lactucæ, bugloſſæ, boraginis, acetoſæ, portulacæ, braſsicæ rubræ, bliti, mercurialis, betę, cum oleo, ſed ſine ſale: Necnon iure pulli, cum modo dictis fructibus, & herbis. Valentiùs agunt ſemuncia medullæ caſsiæ nigræ in iure: ſerum lactis: ius pulli ſaccharatũ, in quo priùs polypodium, & fructus decoxeris: ius galli decrepiti, cum polypodio, paſſulis, ſena, aniſo, carthamo: Vinum in excauata cucurbita infuſum, & per noctẽ ſub dio habitum: Aqua ſtillans è cucurbita in fornace cocta: mulſum per vindemiam laxantibus conditũ: mulſa ijſdẽ cõdita, medicamen ex carycis Galeni libro quinto ſanitatis tuendæ; Radix filicis lota, raſaque & in minimas partes conciſa, mox cũ aceto mulſo condita. Dant alij globulos, ſeu pilulas ſtercora educentes: Terebinthinã inquàm, in globulis per ſe, vel adiecto puluere aloes, rhabarbari, epithymi, ſenæ, agarici, nitri: Aut aloen, & colophoniam cum ſucco lactucæ, aut cum melle, aut cum aqua infuſionis tragacanthæ in pilulas magnitudinis fabæ redacta, adiecto interdum bdellio pauco. Has è tribus ad ſeptem exhibent, & integras deijci teſtantur, ità vt ne ventriculum offendant. Nec deſunt qui oleum violatum, aut commune, aut ſeſaminum, aut amygdalinum dulce propinant: ſed

ſæpe pro alui profluuio, vomitum accerſunt: Sunt enim nauſeabunda olea. Alij cum cætera nō ſufficiunt, blanda purgatione tum alui excrementis, tum minorationi prouident: inuerſo paulū ordine, vtrique intentioni vna vacuatione ſatisfacientes. Sed ad indicationes hæc reuocemus. Propoſitus affectus ſi calidus extiterit, clyſteres refrigerante materia parandos indicabit, & magis ſi totius corporis temperamentum id requirat, & inteſtina calore ferueant. At ſi renes affecti ſint, minimè hi frequentandi. Si in ſphinctere vulcus ſit, uel inflammatio, omnino dimittendi; ſicuti & glandes, & ſedis perunctiones, aliaque huiuſmodi, quæ facultatem expultricem irritant, & ad partem attrahunt. Conandum autem per ea quæ interius adhibentur excretionem promouere. Si uires infirmæ ſint, leuiorem materiam eligemus, ut tenue ius pulli, cum ſaccharo. Si calidus eſt aer ambiens, idem quod morbus indicabit. Aetas autem omnis ad ſuſcipiendum hoc remedij genus idonea eſt, ſaltem poſt tres ab ortu menſes. Sed molliori ætati pro virium ratione faciliorem materiam comparabimus. Conſuetudo ſuas partes ſibi uendicat. Nam ſunt qui clyſteribus adeò aſſuefacti ſunt, ut ſine his nihil vnquàm excernere queant. Hos alia via fruſtra ad excretionem irritaueris. Nā oblita ſui muneris natura, totā ſe medicinæ cōſuetæ credidit. Præſtabat hos varijs modis ſollicitare, q̄ vni remediorū formulę aſſuefacere, quæ ſegnē & ſui muneris expertē redderet naturā. Hoc diligenter animaduertet, quicūq; ad fre-

quen-

quentem clyſterum vſum accedere uoluerit. Sed & naturæ inſpiciet proprietatem, & ſexum: quòd clyſtere iniecto, nõnulli in ſyncopen collabantur: & uterus non paucis mulierib. intumeſcat, & uel dolore, uel ſtrangulatione torqueat. Vitæ actio nulla eſt quæ glandes, clyſteres, quæque his ſubſtituta ſunt, auerſetur. Et morbus ſiue acutus, ſiue chronicus ſit, per ſua initia, incrementa, & inclinationes eã admittit, & facilè tolerat: ſed in vigore minùs. Neque uerò in acceſsionib. morborũ, qui intermittunt, clyſteres dabimus: glandem tamen non uerebimur. Oſtendent autem quotidianæ naturæ functiones expectandum quoad cibus è uentriculo deſcẽderit. Opportunæ ſunt maximè horæ matutinæ: quamquàm & alijs quibuſlibet, uentriculo uacuo, exhiberi poſsint.

DE SANGVINIS MISSIONE *per venæ ſectionem.* *Cap. III.*

SANGVINIS miſsio quæ uenę ſectione perficitur, aliquando particularis, aliquãdo generalis euadit. Illam ſimplex reuulſio facit, aut deriuatio: hanc plenior euacuatio. Quæ ſanè tempore Galeni uix libra minor erat: hodie unciarum ſeptem cõiter pręſcribitur. De hac modo dicturi, primùm conſiderabimus quid ante ſectionem faciendum, Deinde quid in ſectione: & tandẽ quid poſt eam. Ante ſectionem dãda opera, ut uel ſponte naturæ, uel clyſtere, uel glãde aluus exoneretur:

ne ſi fœcibus in uentre retentis, ſanguis emittatur, exhauſtę uenę uitioſos ſuccos, ut impuros halitus ex putredine illa attrahant, & exugant. Videndum ét an corrupti noxijque humores in uentriculo, & uicinis ei partibus, peculiari, & non ex uenis dedu cto uitio, contineantur. Prius.n. hos expurgabis q̃ ſanguinem educas: ne uenę exinanitę ea ſimiliter exugāt. Tardanda etiam uenę ſectio in omni mor bo, etiam acuto, ſi cruda adhuc in uentre cōtinean tur. Prius enim hæc concoquenda: alioqui pericu lum eſſet ne iecur exhauſtum, & uenæ exinanitæ crudos illos ſuccos ad ſe perarent. Si ſanguis craſſior ſibijpſi uiam præcludat, attenuantibus medica mētis p̃parari debet. Si pinguis, liquandus balneo, ut facilius affluat. Si tardus ad exitum, motione ac celerabitur. Calore etiam ab internis euocabitur: ſaltem à frigore externo cauendum, ne ſanguis im pulſus ad interiora ſecedat. Abſit metus, & lāguor, ne ſanguinem in corde colligant, & exitum impediant. Qui uerò os uentriculi exacti ſenſus habēt, & ab acribus humoribus patiuntur, remediorum egent quæ roborent, obtundantq; horum acrimo niam, priuſquam ſanguinis detractione uacuetur. Ad quę conferunt mali cotonei, uel punici ſuccus, aliaque huiuſmodi. Ita ſanè procedendum, ſi tantum otium dederit morbus. Nam ſepè tam pręce ps, tam uehemens, & acer eſt, ut moram non patiatur, ſed ilicò uenæ ſectionem poſtulet: ut cùm uel ſuffocationis, uel rupturæ uaſorum imminet periculum: necnon in febribus ardentiſsimis, in uehementiſsimis phlegmonibus, in caſu ab alto,

excepto ſenio, morboſo temperamento, quod cō-
7 trarijs emendari debet. ſeptimam exhibet conſue-
tudo, & ipſa ſimilibus ſeruanda: Sicut & quæ o-
8 ctauo loco venit, naturarum proprietas: Et quæ
9 nono, ſexus diſtinctio: Quæq́; decimo, vitæ actio.
10. 11 Vndecima verò à morborum longitudine, aut bre
12 uitate, & acuitate petitur. Duodecima per quatuor
morborum tempora, principium, incrementum,
vigorem, & declinationem, victum inſtituere, &
13 medicamenta opportunè exhibere docet. Quod
& facit decimatertia in particularibus morborum
acceſsionibus, aut incipientibus, aut progredien-
14 tibus, aut vigentibus, aut inclinantibus. Et de-
15 cimaquarta in quotidianis, ordinatiſque alijs na-
turæ functionibus. At quintadecima facultates medicamentorum explorat, qua parte vtiles, qua noxiæ ſint futuræ: indicante correctionem, vel tranſitum ad aliud ipſa noxa. Decimamſextam his addet, qui aſtris rationabiliter uti ſciuerit. Contrarietatem ergo duo tantum indicant: affectus qui curandus ſumitur, ſiue is ſit morbus, ſiue cauſa, ſiue ſymptoma: & aer ambiens, ſi eandem cum morbo qualitatem obtineat. nam qui contrariam habet naturam, præſidiorum eſt vnum. Similibus ſeruari poſtulant, temperamentum corporis, temperamentum partis affectæ, vnà cum cęteris formationis, poſituræ, facultatis, & ſenſus conſiderationibus: vires: aer aut temperatus, aut contrariã morbo qualitatem obtinens: ætas: conſuetudo: naturarum proprietas: ſexus: vitæ inſtitutum, & ars. Vtriuſque, hoc eſt & ſimilia, & cōtraria poſtu-

lanti-

lantibus iuſtam vtendi occaſionem, opportunitatemque præbent, morborum longitudo & breuitas: Quatuor morborum tempora particulares acceſsiones: & quotidianæ ordinatæque aliæ naturę functiones. Medicamentorum vero facultates, curationis ſecuritatem oſtendunt, dum quid vel caſtigandum, vel prorſus omittendum ſuadent. His Aſtronomiæ periti, vitatis aduerſis ſyderum configurationibus opportunas, conuenientesque adhibere poterunt: modo morbus dederit inducias, nec ex cæteris occaſionibus (quas præcipites, & caluas eſſe ſciuerimus) quicquam deperierit. Hæ ſunt indicationes quæ curatiuam methodum conſtituunt, dum remediorum adhibendorum qualitatem, ordinem, tempusque occaſionis magiſtrum oſtendunt.

Finis primi libri.

AVGERII FERERII TOLOSATIS, DE MEDENDI METHODO.

Liber Secundus.

PRAEFATIO.

POSTQVAM oſteſum eſt, Methodũ ſeiunctã ab experiẽtia procedere, & remediorũ inuẽtionem, ſalubremq; illorũ uſum ꝑ indicationes ordine progredi: ſupereſt, vt qbus intentionibus ſeu ſcopis curatiuis indicationes in actũ deducuntur, explicemus. Quibus expoſitis, experiẽtiã quoque, alterũ medicinę crus, in ſubſidiũ aduocare licebit: propoſitis nimirũ inſtrumẽtis, quibus ea cũ ratione coniungi poſsit. Dirigẽda tamẽ, ubique, atq; in omnibus moderãda per rationẽ experiẽtia, alioqui incertta, fallax, & periculoſa: nec cõmittẽdũ ut fortuitò, cũ his quæ methodo procedunt, cõmiſceatur: ne, qđ empiricis accidere ſolet, pro benefico remedio ægrotãti mors propinetur. Duodecim ergo ſunt ſcopi generales, quibus frequẽtiſsimè in medicinæ opus trahũtur curatiuæ illæ indicationes, quæ Methodũ cõſtituũt. Primus cõſiſtit in uictu. Alter, in cõmuniũ excremẽtorum eductione. Tertius, in ſanguinis miſsione.

Quartus

Quartus in blanda, ſeu facili purgatione,quã minorãtẽ appellãt.Quintus, in corporis pleniùs vacuandi & humorũ qui expurgari debẽt,præparatione, attenuatione, & concoctione. Sextus, in pleniore peccãtis materiæ expurgatione. Septimus,in reuulſione.Octauus,in deriuatione.Nõus in ſimplici à parte affecta uacuatione.Decimus,in reliquiarũ cõſumptione,& malæ qualitatis emendatione, & roboratione. Vndecimus Homerica medicatione.Duodecimus inſtauratione, & conſumptæ aut deperditæ ſubſtantiæ reparatione, ac reſtitutione. Alios ab his non multum diuerſos, ex Chirurgia petere licebit.De qua tamen nonnihil dicturi ſumus, ne quid omiſiſſe uideamur, quod ad indicationum uſum ſpectet.

De Victu. *Cap. I.*

Victus quidã eſt tenuis: quidam plenus:quidam medius. Tenuis conſtat cibo aut nullo,aut pauciſsimo,eoque tenuis & pauciſsimæ alimoniæ:& eſt duplex. Tenuis inquàm exquiſitè, quem tenuiſsimũ appellãt: & tenuis ſimpliciter. Tenuiſsimus ille rurſus,uel in extremo eſt, integra uſque ad maximũ uigorẽ & indicationẽ conſtans inedia:uel nõ in extremo, qui ſolũ adhibet melicratum,aut ptiſanæ ſuccũ perpaucũ. Tenuis ſimpliciter,cremorẽ hordei non adeò paucũ admittit:ſed & ptiſanã integrã, interdũm etiã tenue ius pulli,aut aliud ex piſcib⁹ ſaxatilibus, tergẽtiũ, attenuãtiũ,& aperientium adiunctione ſæpe cõdi

 tis.

tis. Plenus victus duplex eſt: Exactè plenus, & plenus ſimpliciter. Ille alimentis craſsi, ſed boni ſucci (quid.n.opus eſt vitioſo?) cõſtituitur: videlicet pane triticeo, farre, chondro, ſeu alica, oryza, ſuib. mediocris iã ętatis, carne veruecina, & vitulina, ocidib. vberib. animalium boni habitus lac continentibus, ventriculis volatilium, corde, pulmone, iecinore, ouis coctione induratis, caſeo recenti, teſtudinib. limacibus, cóchleis, purpuris, oſtreis, cæteriſq; teſtacies, quæ oſtracoderma græci appellant. Cruſtatis etiã aſtacis, paguris, cancris, locuſtis, caridib. gãmaris, ac id genus alijs quæ tenui teſta cõcluduntur, duritieq; teſtaceis ſimilia ſunt. Necnon cartilagines, raia, leuiraia, ſquatina. Mullo etiam & lupo. Fructibus etiam ſolidioribus, amigdalis, pineis, piſtaceis, auellanis, tuberibus, caſtaneis: & fabis, piſis, lupinis. Quæ verò boni, nec craſsi ſunt ſucci, ſi copioſiùs ingerantur, ad exactè plenum ſpectare in confeſſo eſt. Plenus ſimpliciter, conſtat alimentis boni ſucci, facills concoctionis, ac diſtributionis, alioqui benè alentib. In quo genere ſunt Oua gallinarum, & phaſianarum recẽtia, ſorbilia, tremula: lac aſininum, caprinum, ouillum, vaccinum: ptiſana hordei ex iure carnium. ptiſana ex lacte, polenta panis triticei, conſumptum ius carniũ, aut piſcium bene alentium: Phacoptiſana, panis elotus, gallinacei generis mares & fœminæ, perdices, turdi, Merulæ, pulli columbarum, turtures, attagenes, phaſiani, turricolæ ac montanę auiculæ, cuniculi parui, hædis pedes, veruecini, & ſuilli præſertim ptiſanæ incocti, lingua veruecina, & ſuilla,

&

& roſtrum ſuis in ptiſana, teſtes gallinaceorum, iecinora, & alæ gallinarum, & anſerum, muſculi oculorũ. Piſces etiam ſaxatiles, pelagici, littorales, ſcarus, merula, turdus, iulia, ficedula, percha: gobij littorales, murœnæ pelagicæ, bulgoſi, Aſelli, Cithari, rhombi, hepti, vmbræ, lingulacę, pſitæ, lacerti: Adde ſalmones, & aloſas. Medium tenent ptiſana ex lacte amygdalino, ptiſana ex tenui iure pulli, aut auicularum, aut piſcium proximè commendatorum: polenta ex hordeo viridi, aut toſto: Polenta ex panibus hordeaceis, panes ipſi hordeacei: iuſcula carnium & piſcium mediocris ſucci, nõ conſummata gelu, & ius ex piſcibus mediocriter alentibus, echini marini: & caricæ, vuæ tum recentes tum appenſæ, tum paſsæ, & pruna, pyra, dactyli. Adde etiam ex plantis Aſparagos, Simeoni Setho inter olera & carnes quodammodo medios. Exiguus etiam alimentorum boni facilisque ſucci vſus, inter tenuem & plenum mediocritatem conſtituit. Quod & de ijs quę tenuem victum faciunt, ſi quando plenius ingerantur, exiſtimandum. Omnẽ autem victus rationem medicamentoſam efficere licebit, addendo ea quæ tergendo, attenuando, aperiendo, laxando, calefaciendo, refrigerando, humectando, ſiccãdo, aſtringendo, incraſſando, ſimiliaque efficiendo, profutura videbuntur. De quib. in victu medicamentoſo dicturi ſumus, capite quinto. Supereſt vt indicationum vſum per hunc ſcopum commõſtremus. Affectus primùm ſi calidus eſt & ſiccus, vt febris, victum frigidum & humidum poſcit. At ſi corporis temperamentum

cali-

calidum ſit & ſiccum, moderanda erit refrigeran tiũ & humectantiũ tũ qualitas, tũ quantitas: & magis ſi cor febrilis caloris ſedes, in calido & ſicco per ſanitatẽ excreuerit. Verùm cùm in eo tẽperamento vires minùs valentes ſint, harũ cura per totum morbi decurſum ſuſcipienda, ſelectis quæ vires fouere poſsint alimentis, citra euidentem, quæ morbo inferatur, noxam. Et ſi ob ventriculi aut iecinoris infirmitatem id accidat, his peculiariter ſubueniemus, ſi cor, facultatem vitalem roborabimus: ſi cerebrum, animales potentias idoneis præſidijs in cibum iniectis reparabimus, ac reſtituemus. Tùm aeris ambientis rationem habebimus: qui ſi calidus extiterit, impenſiùs refrigerandum docebit: niſi ætas, conſuetudo (quibus plurimùm condonãdum) naturarum proprietas, ſexus, vitæ actio, calida & ſicca, contrarium faciendum indicarint. Atque his ſanè victus qualitas maximè præmonſtratur. Quantitas verò, primùm lõgitudine, aut breuitate cum acuitate coniuncta, indicatur. Breues enim, acutique morbi tenuem victum poſtulant. Sed peracutiſsimi, quibus maximus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura eſt, tenuiſsimum in extremo requirunt. Peracuti verò, qui ſeptem primis diebus iudicantur, non tenuiſſimum in extremo, ſed adhuc tenuiſsimũ. Forti tamẽ exiſtẽte natura. Nã ſi robori nõ ſatis fidamus, plenioris victus aliquid adijciendũ. Acutiſsimi, qui in quatuordecim diebus finiuntur, pleniorem victum deſiderant. Eum etiam quem medium nominauimus, acuti, qui ad vigeſimum diem accedunt.

Hip. lib. 1. Aph. & Gale. in comm.

dunt. Vberiorem hunc etiã acuti ex decidẽtia, qui ad quadageſimum, aut vltrà perueniunt. Nam qui planè chronici ſunt, plenum ſimpliciter expoſcũt. Altero autem exactè pleno, tunc ſolùm vtimur, quùm corporibus athleticis, aut alijs vehementi calore præditis, aut multo labore exercitis, robur cibo addere ſtudemus: necnon quibus humores ob tenuitatem moleſtiam adferunt, aut alioqui im modicè fluunt, & retentioni reſiſtunt. Poſthæc, à quatuor morborum temporibus diſcrimen aliud aſſumitur. Nam in vigore, & parùm ante ipſum, cibum detrahere conuenit, ne per cibum diſtrahatur natura ad alteram nouam concoctionem, cùm eo tempore vni humorum coctioni fortiter vacet. Priùs verò vberius agendum, vt æger ſufficiat. Sed in declinatione, medius victus ad reficiendũ primò cõuenit: deinde etiam pàrum plenus. Qua autem diei parte cibandum ſit, indicant particulares morborum acceſsiones, ſi fortè intermittãt, aut manifeſtè remittant. Nam illis incipientibus, vel perſeuerantibus cibus offerri non debet: nec niſi longè antequàm incipiant, vel multo tempore poſtquàm ceſſauerint: exceptis naturis quibuſdam, calidis & ſiccis, imbecillis, externis cauſis fatigatis. Quas vel inclinantibus, vel incipientibus acceſsionibus cibandas eſſe docuimus. In continuis verò facilis toleratio ſpectatur, vnà cum conſuetudine, prout diximus. At ordinata naturæ functio, quæ p ſingulos dies ſpectatur, indicat cibũ minimè offerendum, donec prior deſcenderit: neque prãdij aut cœnæ horam mutandã, quocũque

victus

uictus genere utendum propoſuerimus: neq; inter diu dormiendum, neq; uigilandum noctu, niſi acceſsiones conſuetas ſomni & uigiliæ horas mutandas indicarint. Neq; enim in acceſsionibus ſomnus toleratur: ſicuti nec corporis aut animi motus. Quies autem utiliſsima iudicatur. Sed neq; per acceſsiones (niſi quid aliud urgeat) clyſteribus aluus ſollicitanda eſt: ſed longè antequã inuaſerint, vel poſt quàm omnino quieuerint. De qua re ſeorſum dicendum. Inde enim alteram intentionem fecerunt, qui facilitatem exactæ doctrinæ præpoſuerunt. Quod in plerisque tolerandum.

DE COMMVNIBVS, QVAE *in aluo retinentur, excrementis educendis.*

Cap. II.

INSTITVTO uictu, medicus de alui excrementis ſollicitus eſſe ſolet. Quæ ſi non excernantur, vel glande, vel clyſtere excretionem promouet: interdum etiam ſedis perunctionibus, aut mollientibus iuſculis. Glandes melle cõcto fiunt, additis vel ſalis, vel aluminis, uel nitri, vel pulueris picræ portiunculis, pro tarditate facultatis expultricis, & retentricis exceſſu. Interdùm etiam butyrum ſale aſperſum, aut adeps ſuillus ſalitus, aut uitellus oui admixto ſale, uel alumine, uel nitro, uel alijs eiuſmodi, goſsipio, uel panno lineo excipiũtur, & glãdis loco ſubijciũtur. Pueris braſsicæ, aut betę radice, melle, oleo, aut butyro perſicta, aut larido teſſellatim inciſo, aut candela

dela oleo peruncta, glandes param is: quibus facto in ſphinctere irritamento, natura ad excretione n moueatur. Perunctiones ſedis, ſale, alumine, nitro, aloe, exceptis melle, butyro, aut vitello oui, aut adipe, componũtur. Clyſteres olim ad ſimplicem hanc intentionem mulſa & oleo tantũ conſtabant. Hodiè artificioſius parantur decocto lubricante, ex malua, althea, parietaria, violaria, ſpinachia, boragine, bugloſſa, brancha vrſina, mercuriali, braſsica, beta, cicla, vrtica, radicibus & folijs cucumeris, peponum, cucurbitæ, lactuca agreſti & ſatiua, acetoſa, portulaca: Cum prunis, carycis, paſſulis, ſeminibus lini, fœnugręci, altheæ: Adiecto interdùm furfure in panno ligato, atque hordeo aut integro, aut mundato. In hoc percolato diſſoluuntur quæ leniant, caſsia nigra vel recenter extracta, vel ſaccharo, aut melle condita: & diaprunum ſimplex: & electarium catholicum. Quæque vnà abſtergant, mel aut commune, aut violatum, aut roſaceum, aut bugloſſatum, aut mercuriale, aut anthoſatum, aut geniſtatum: vel ſaccharum ſordidum, quod rubrum appellant. Ad lubricandum verò oleum dulce, violatum, roſatum, chamęmelinum, amygdalinum dulce, ſambucinum, ſeſaminum, anethinum, lirinum, & de meliloto. Addunt aliqui vitellos ouorum, ad abſtergendum: & ſalem, ad irritandam facultatem expultricem. Cũ & balanos, & clyſteres recuſat æger, vel aliquid adeſt quod ea admoueri prohibet: tùm cibis medicamentoſis, humectantibus, mollientibus, lubricantibus, tergentibus, ...

rum vitellis duobus aut tribus, adiecto vel ſaccharo rubro, vel nitro, vel tartaro: prunis, vel carycis, vel vuis paſsis, vel iuiubis aut myxis in hydromelite dilutiore pcoctis; pſertim ſi liquor ſuperſorbeatur, & prandium non ſtatim, ſed aliquãto poſt inchoetur. Decocto etiam maluarum, ſpinachiæ, lactucæ, bugloſſæ, boraginis, acetoſæ, portulacæ, braſsicæ rubræ, bliti, mercurialis, betę, cum oleo, ſed ſine ſale: Necnon iure pulli, cum modo dictis fructibus, & herbis. Valentius agunt ſemuncia medullæ caſsiæ nigræ in iure: ſerum lactis: ius pulli ſaccharatũ, in quo prius polypodium, & fructus decoxeris: ius galli decrepiti, cum polypodio, paſſulis, ſena, aniſo, carthamo: Vinum in excauata cucurbita infuſum, & per noctẽ ſub dio habitum: Aqua ſtillans è cucurbita in fornace cocta: mulſum per vindemiam laxantibus conditũ: mulſã ijſdẽ cõdita, medicamen ex carycis Galeni libro quinto ſanitatis tuendæ; Radix filicis lota, raſaque & in minimas partes conciſa, mox cũ aceto mulſo condita. Dant alij globulos, ſeu pilulas ſtercora educentes: Terebinthinã inquàm, in globulis per ſe, vel adiecto puluere aloes, rhabarbari, epithymi, ſenæ, agarici, nitri: Aut aloen, & colophoniam cum ſucco lactucæ, aut cum melle, aut cum aqua infuſionis tragacanthæ in pilulas magnitudinis fabæ redacta, adiecto interdum bdellio pauco. Has è tribus ad ſeptem exhibent, & integras deijci teſtantur, ità vt ne ventriculum offendant. Nec deſunt qui oleum violatum, aut commune, aut ſeſaminum, aut amygdalinum dulce propinant: ſed

ſæpe

ſæpe pro alui profluuio, vomitum accerſunt: Sunt enim nauſeabunda olea. Alij cum cætera nõ ſufficiunt, blanda purgatione tum alui excrementis, tum minorationi prouident: inuerſo paulũ ordine, vtrique intentioni vna vacuatione ſatisfacientes. Sed ad indicationes hæc reuocemus. Propoſitus affectus ſi calidus extiterit, clyſteres refrigerante materia parandos indicabit, & magis ſi totius corporis temperamentum id requirat, & inteſtina calore ferueant. At ſi renes affecti ſint, minimè hi frequentandi. Si in ſphinctere vulcus ſit, uel inflammatio, omnino dimittendi; ſicuti & glandes, & ſedis perunctiones, aliaque huiuſmodi, quæ facultatem expultricem irritant, & ad partem attrahunt. Conandum autem per ea quæ interius adhibentur excretionem promouere. Si uires infirmæ ſint, leuiorem materiam eligemus, ut tenue ius pulli, cum ſaccharo. Si calidus eſt aer ambiens, idem quod morbus indicabit. Aetas autem omnis ad ſuſcipiendum hoc remedij genus idonea eſt, ſaltem poſt tres ab ortu menſes. Sed molliori ætati pro virium ratione faciliorem materiam comparabimus. Conſuetudo ſuas partes ſibi uendicat. Nam ſunt qui clyſteribus adeò aſſuefacti ſunt, ut ſine his nihil vnquàm excernere queant. Hos alia via fruſtra ad excretionem irritaueris. Nã oblita ſui muneris natura, totã ſe medicinæ cõſuetæ credidit. Præſtabat hos varijs modis ſollicitare, q̃ vni remediorũ formulę aſſuefacere, quæ ſegnẽ & ſui muneris expertẽ redderet naturã. Hoc diligenter animaduertet, quicũq; ad fre-

quen-

ne ſi fœcibus in uentre retentis, ſanguis emittatur, exhauſtę uenę uitioſos ſuccos, ut impuros halitus ex putredine illa attrahant, & exugant. Videndum et an corrupti noxijque humores in uentriculo, & uicinis ei partibus, peculiari, & non ex uenis dedu cto uitio, contineantur. Prius.n. hos expurgabis q̃ ſanguinem educas: ne uenę exinanitę ea ſimiliter exugāt. Tardanda etiam uenę ſectio in omni mor bo, etiam acuto, ſi cruda adhuc in uentre cōtinean tur. Prius enim hæc concoquenda: alioqui pericu lum eſſet ne iecur exhauſtum, & uenæ exinanitæ crudos illos ſuccos ad ſe perarent. Si ſanguis craſ ſior ſibiipſi uiam præcludat, attenuantibus medica mētis p̃parari debet. Si pinguis, liquandus balneo, ut facilius affluat. Si tardus ad exitum, motione ac celerabitur. Calore etiam ab internis euocabitur: ſaltem à frigore externo cauendum, ne ſanguis im pulſus ad interiora ſecedat. Abſit metus, & lāguor, ne ſanguinem in corde colligant, & exitum impe diant. Qui uerò os uentriculi exacti ſenſus habēt, & ab acribus humoribus patiuntur, remediorum egent quæ roborent, obtundantq; horum acrimo niam, priuſquam ſanguinis detractione uacuetur. Ad quę conferunt mali cotonei, uel punici ſuccus, aliaque huiuſmodi. Ita ſanè procedendum, ſi tan tum otium dederit morbus. Nam ſepè tam pręce ps, tam uehemens, & acer eſt, ut moram non pa tiatur, ſed ilicò uenæ ſectionem poſtulet: ut cùm uel ſuffocationis, uel rupturæ uaſorum imminet periculum: necnon in febribus ardentiſsimis, in uehementiſsimis phlegmonibus, in caſu ab alto,

in graui colliſione, aut ictu. Secunda autem externa cubiti vena, quã humeralem, & cephalicã appellant, vbi facies, nares, oculi, aures, caputq́;, & quæ ſupra collum ſunt partes omnes infeſtãtur. Interna verò, quã iecorariã, & baſilicã vocant, quando latera, pulmones, cor, diaphragma, vẽtriculus, iecur, lien, renes etiã, parteſq; omnes quæ infra collũ ſunt, afficiuntur. Et media, quã nigram, & medianam appellant, quando aut vena laboranti propria obſcurior fuerit, aut partes ſuperna, & infernæ ex æquo afficiẽtur. Quæ verò in poplite, & malleolis ſunt venæ, partibus inferioribus quales quæ circa coxas, veſicam, vterum, pudenda, deſtinatæ ſunt. Renes quoque his manifeſtè iuuantur. Communitas autem venarum quæ ſecundum rectitudinem fit, obſeruanda, vt dextra parte affectã, dextri brachij venæ aperiantur: ſiniſtra laborante, de ſiniſtro brachio ſanguis extrahatur. Colligendus autem ſanguis in vaſis terreis aut vitreis: non autem in æneis, cum nihil ſit quod magis liquidorum ſubſtantiam corrumpat, quàm æs. Illius autem ſubſtãtiam, colorem, & graueolentiam contemplandam ſibi proponit medicus. Qua de cauſa etiam ſeponi, & tegi mandat, ne puluere, fumo, vento vel Solis aut Lunæ radijs alteretur. Emiſſo autẽ ſanguine decumbat æger ſupinus, quieſcat, nõ loquatur, neque verò dormiat. Poſt duas horas, aut citiùs, cibum offeres exiguum, facilis concoctionis, boniq́ue ſucci. Prohibebis balneum, venerem, crapulam, iram, & omnem animi exceſſum: motumq́ue corporis vehementiorem, & præſertim partium à

qui-

quibus ſanguis effluxerit. Sed diſcurramus per indicationes. Tria ſunt quæ ſanguinem primò, & propriè mittendum indicant: Magnitudo morbi, Virium robur, & ætas. Nam in magno & vehemẽti affectu ſanguinẽ mitti iubet Hippocrates, etiãſi nulla plenitudinis nota adſit, vt capite tertio libri primi fusè diximus. Et de viribus valentibus nulla eſt dubitatio, quin pleniorẽ ſanguinis detractionem etiam ad animi vſque deliquium, facilè ferãt. At in languidis, & planè imbecillis, nulla prorſus confert. In paulò valentioribus, non niſi parùm ſanguinis auferri debet: idque per interualla, ne forte reſolutis ſpiritibus omnino deficiant. Ætas ſenilis decrepita, imbecillima, arida, exãguis, venæ ſectionem non ſuſtinet. Senilis altera validior, eã penitùs non reſpuit. Nam Galenus poſt ſeptuageſimum annum venam ſecat, ſi multi ſanguinis, & robuſtus æger fuerit, & morbus idem requirat. Verùm ætates non annorum numero, ſed corporis habitu circumſcribit. Pueri viribus quidem abundant: at corpus obtinent calidum & humidum, molle, tenellum, ſponte ſua reſolubile, ac aſsiduè fluens: vt vehementiore vacuatione non egeat. Habent enim ex ſeipſis vnde naturaliter vacuentur, quò minùs vacuantis præſidij egeant. Quapropter Galenus pueris ante quartumdecimum ætatis annum venam ſecare prohibet. Nam licet præſentes vires habeant, verendum tamen ne detracto humore tenellę ætati familiari, detractisq; ſimul qui cum eo feruntur ſpiritibus, omnino deficiãt, aut tabeſcãt. At ſi affectus magnitudo quidẽ

4. Vict. acut.

De currat. per ſan. miſſ.

adſit, ſed ſine idonea ętate, & ſine uirium robore, quid ages? Quātum ſatis uiſum fuerit à principio detrahes, quod deerit, iteratione ſupplebit: aut ſi neque id uires ferant, has primùm reſtitues. Quod ſi opportunè, aut commodè fieri non poſsit, à uacuatione huiuſcemodi penitùs abſtinebit. Cōſiderabis et cęteras indicationes, quæ in propoſito ſcopo coindicare dicūtur. Nam morbi cauſa ſanguis exiſtens, audacter mittendum eum indicat: ueluti in omnibus partium inflammationibus. Idē oſtendit plethoricum corporis temperamentum, aut alioqui ſanguine redūdās: nimirum ut uniuerſa humorum multitudo ab uniuerſo corpore æqualiter uacuetur, & ſanguis exuperans minuatur. Aer ambiens temperatus, uernum anni tēpus, & regio moderata: conſuetudo minuendi ſanguinis: natura facilè ferens hanc uacuationem: uir hæmorrhoidibus aſſuetus, modo harum ſuppreſsione deterior redditus, aut mulier cui ſuppreſſa ſint menſtrua: vitæ munus otioſum, quietumq́;: hæc omnia venæ ſectionem adhiberi poſtulant. Quin & breuis acutusq́; morbus, in quo tardare malum: ſtatim ab initio eam requirit. Quòd ſi increſcente, aut proximo iam conſiſtentiæ morbo, primùm vocatus fueris, nec ab initio vena ſecta fuerit, hanc ſecare ne verearis die quarto, aut quinto, aut ſexto, aut ſeptimo, & deinceps, ſi morbus id poſtulet, & vires, & ętas patiantur. Non tamen in ſummo vigore, qui criſim iam exceperit. Hāc enim vel innouatione, vel irritatione, vel alio quouis modo interturbare probibuit Hippocrates. Neq; verò in morborum

4. Meth.

inter-

intermittentium acceſsionibus id tentandum: ſed expectanda dies vel hora quietis: vel ſaltem longè antè q̃ inuadat acceſsio, ſanguis emittetur. Nã fini ta acceſsione, importuniùs educitur. Quotidianæ autem naturæ functiones, matutinis horis, quibus alimentum deſcenderit, & per uniuerſum corpus diſtributum fuerit, ſublatis ſimul quæ indè reſultã rint excrementis, ad ſanguinis miſsionem nos inuitant. Vrgente autem morbo præcipiti ac maximè acuto, quacunq; hora diei, etiam per noctem, uenam ſecare expedit. At ſi morbus dederit inducias, propitios etiam aſtrorũ radios admittes. Contrà, ſi cœleſtia aduerſentur corpora: ſi hora ſit meridiana, aut alia non longè à cibo: ſi dies, aut hora acceſsionis: ſi longus morbus, cruda, tenaciq; con ſtans materia: ſi morbi ſummus uigor, in quo neque aliquid mouere, neque irritare permittitur: ſi uitæ actio laborioſa, quæ excrementa in corpore congregari non ſinat: ſi mollis, & delicata mulier, menſtruis perpurgata, aut vir hæmorrhoidib. inanitus: ſi naturæ quædam proprietas quæ ad ſangui nis miſsionem expaueſcat, & cõfeſtim exoluatur: Si conſuetudo repugnet: ſi puerilis ſit ætas, aut decrepita ſenectus: ſi præſens aeris ſtatus auſtrinus, corpora diſſoluẽs, æſtuãs, aut ſummè frigens: ſi æſtas media, aut bruma: ſi regio ſummè calida, aut ſummè frigida: ſi vires aut laboribus, aut inedia, aut alui fluore, aut ſudore immodico, copioſiſvè alijs uacuationibus, aut maligna alteratione reſoluatur: ſi cruda in corpore ꝑ guloſitatẽ, & intẽperã tiã cõgeſta maneãt: ſi gracilis admodũ ſit naturæ:

ſi frigida, anguſtarũ venarũ, exanguis: ſi corporis habit⁹ mollis, tener, rarus, promptè diffluẽs, facilè reſolubilis, imbecilius; In his ſanè omnib⁹ ſanguinis miſsione abſtinebimus. Quòd ſi extrema non tenuerint, ſed tamẽ à mediocritate receſſerint, aliquãtũ ſanguinis auferre licebit; modo morbi aut natura, aut magnitudo id faciendum ſuadeant, & ætas nõ prohibeat. Præpinguibus, atq; obeſis, quia minimùm diſcutiuntur, uacuatio hæc conuenire uidetur. Quia tamen anguſtis ſunt uenis, parũque habent ſanguinis, difficiliùs eam ſuſtinent. Mediocriter graciles, propter uenarum laxitatem, eam & faciliùs, & copioſiùs ferunt, Graciles, minùs. Admodum graciles, nullam tolerant. Quantùm autẽ ſanguinis educendum ſit, ex tolerandi facilitate iudicat Hippocrates, cum eo quod talis qualis oportet, effluat. Atque vbi uſque ad animi defectionẽ expedit trahere, facere conſulit, ſi æger poſsit tolerare. Sed eos animi defectus non dicit, qui aliquando ægris uenæ ſectionem, vel tale auxilium aliquod expaueſcentibus, ſolent accidere. Neque quùm in ore uentriculi humores mordaces aliquãdo fuerint, uel priùs in ipſo coaceruati, uel qui ipſo remedij uſu ad ipſum defluxerint, qui cauſam dederint animæ defectionis. Solẽt.n. & hoc tempore pati animi defectionẽ. Nõ tamẽ huiuſmodi animi defectio eſt ſufficiẽs mẽſura euacuationis; quæ nõnunquàm citra neceſsitatẽ cõtingit. Sicuti febricitãtes plerique uel inter ſurgẽdum, uel reſidendum animo defecerunt. Ob quam cauſam accumbentibus ipſis venã ſecare nõ uere mur. Ea igi-

Aph. 23. libr. 1. & Gal. in comm.

tur quæ fit animi defectio ratione euacuationis, ab Hippocrate dicta eſt eſſe menſura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in ardentibus febribus, & vehementiſsimis doloribus. Oportet autẽ viribus integris atq; valentibus tãtã moliri vacuationẽ. Et teſtatur Galenus ſe experiẽtia didiciſſe, huiuſcemodi euacuationes prodeſſe plurimùm. Nã & in ardẽtiſsimas febrib⁹. ſi vſq; ad animi defectionẽ ſanguis mittatur, ſtatim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & plurimis etiã aluus citatur, & ſudores emanãt, & quidã eorũ ex his ſanitati ſunt reſtituti. Alij adiuti plumimũ, vehemẽtiã ægritudinis abſciderunt. In maximis verò doloribus, quĩ vires nondũ euerterũt, nullũ maius inuenit remediũ, quàm vſq; ad animi defectionẽ euacuare: adhibita diſtinctione, an mittere ſanguinẽ, an purgare oporteat, quẽadmodũ in lib. de venæ ſectione mõſtrauit. Nõ eſt tamẽ in his expectãda ex toto lipothymia, ſed tũc omnino ceſſandũ, cùm vires manifeſtè decidẽt, & defectionis initiũ apparebit: cauẽtes ne ad verã ſyncopẽ ęgrũ perducamus. Ceſſationis indicia declarauit Galenus libro de curandi ratione per ſanguinis miſsionem. Vbi inquit, inciſa vena ſanguis effluit, mutationi eius, & maximè quùm adeſt phlegmone, labaſcẽtique fluxionis robori, potiſsimùm autẽ pulſuum mutationi, tanquàm indicio haudquaquã mẽdaci, animus diligẽter attẽdẽdus eſt cõtinuoque quieſcendũ pulſu alteraſcente, aut in magnitudine, aut in quauis inæqualitate. Nã de mutatione in obſcuritatem quid attinet dicere? Didiciſti Galenus.

diſti enim in hac qualitate certã fieri diſcretionẽ firmarũ, infirmarũq; uiriũ. Conſequenter uerò do cet mutationẽ illã ſanguinis ab Hippocrate ĩ pleu ritide cõmendatã; non omni ex parte expectãdã: cũ aliquando priuſquã ſanguis mutetur, ceſſandũ ſit uel ob uires infirmas, aut phlegmones prauitatẽ, à qua nihil interdũ emittitur, ſed inibi fortiter impactus eſt ſanguis. At uirium infirmitatẽ, & robur ex pulſu dignoſci aſſerit iterum: nec alia ſigna tam efficacia putat, ꝙ ex pulſu minimè fallax, ſed certum de hac re ſumatur indiciũ. Labiſcẽtis autẽ fluxionis impetus aliquid atteſtatur. Nã ſi minori impetu quã anteà ſanguis effluat, nec cutis inciſæ portiũcula, uel pinguedo uel ſanguinis craſſitudo, uel aliquid ſimile id fecerit, vires iam defecturas pręmonſtratur: maximè ſi recenter accedat pallẽs faciei color, & oculorum caligo, aliundè quàm à metu, & imaginatione procedens. Alium quantitatis modum ex indicantium, coindicantium, & contraindicantium numero, dignitate, ac magnitudine requires, ſecundum ea quæ capite vltimo primi libri docuimus. In cęteris conſules Galenum, qui hanc materiam vberrimè tractauit in libro de curandi ratione per ſanguinis miſſionem.

DE BLANDA PVRGATIONE, *quam minorantem appellant. Cap. IIII.*

ET ſi per venæ ſectionem minor reddatur materia, quò leuata quã corpus noſtrum regit natura, exoneratãq; eo quo velut ſarcina premitur, faciliùs

faciliùs quod reliquum eſt,uincat:quia tamen adhuc manet humor qui morbum facit huius quoq; medelam paratam habere nos decet. Nam ſæpè vtraque uacuatio requiritur, & quæ per uenæ ſectionem, & quæ per medicamentum efficitur. Sæpè vna ex his ſatisfacit, nec opus eſt altera. Atque ubi utraque accerſitur, medicamentum purgans uenę ſectioni poſtponi debet, niſi uentriculus peculiari, & non ex uenis contracto uitio, prauitate humorum laboret. Quo caſu medicamenta venæ ſectioni præferenda ſunt, ne uidelicet uenæ ſanguine exhauſtæ, vitioſos ſuccos ex illis attrahant. Cúque aluus nihil reddit, & clyſteres, balanosq; recuſát æger, cogimur aliquando ordinem inuertere, & tum alui excrementis, tum blandæ humorum purgationi uno eodemque remedio, hoc eſt medicamento, prouidere. In cæteris ſanguinis misſio præponi ſemper debet. Quod optimis rationibus demonſtrauit Hippocrates li. 4. victus acutorũ: & Galenus in cõmentario. Idẽ cõmẽtario primo in librũ ſextum epidem. apertè decernit uenæ ſectionẽ, quã purgationẽ priùs eſſe moliendã, vbi vtrunque deſideratur auxilium. Quod etiam libro quarto ſanitatis tuendæ indicauit. Et author libri de renum affectuum agnitione, & remedio Galeno aſcripti, facti huius rationem asſignat, his uerbis. Quùm ſanguinis misſione corpus primò uacuatum eſt, medicamentum purgans poſtea exhibitũ, uenas, & arterias, cauasq; corporis regiones inuenit minimè oppletas. Quo fit ut abſque ullo impedimento in totum corpus & dimanet, & ſuccos

4 uict. acut.

attrahat.

attrahat. Facillima quoque fit eorumdē per vaſorū latitudinem, ſeu ſpatia, & fuſionem, & tenuitatem, ſuccorū euacuatio. At ſi vaſa repleta ſint, & purgatorium primò dederis medicamētū, nō poterit propter plenitudinē in corpus deferri: ſed ſubſtat & aut nihil efficit aut id quod efficit, malè efficit. Concludit his argumētis, potiùs venā ante purgationē incidēdā, quàm purgādū ante venæ ſectionē. Quod planè medicorū noſtrorū conſuetudini reſiſtit, qui indiſcreta ratione purgationē venæ ſectioni præmittunt. Sed aiunt de forti, & eradicatiua purgatione illa dici, non de minoratiua. Qđ tamen aliter ſe habere declarant aſsignatæ rationes. Nam ſi validum ac forte medicamentum cùm vaſa repleta fuerint, non poteſt ob plenitudinem per corpus deferri; multò minùs minoratiuum, quod nec tenue, nec efficax, ſed tardum, ac imbecillum eſt, & in leni corpore diu ſubſtat: Itaque aut nihil efficiet, aut quod efficiet, malè efficiet. Iubēt etiā Hippocrates & Galenus in tumoribus præter naturam, atq; omnibus morborum collectionibus, vbi inquàm vitioſi aliqui humores in partem aliquam confluunt, atque in ea aceruantur, vbi firmati ſunt, nec turgent aut transfluunt, interdicendam purgationem priuſquàm ſanguis mittatur: Verentes ne per eā collectus, hærensve in parte humor intempeſtiuè educatur, priùs quā venis, è quibus emanarit, proſpiciatur. Nā ſi è venis nō emanarit, ſed peculiari vētriculi, aut primarū venarum vitio collectus fuerit, præmittendam minorationē iam ſæpè diximus. Si verò ex venis penitioribus exudarit,

4. vict. acut.

darit,his priùs idoneã curationẽ adhibebimus.Nã generale medicinę pręceptum eſt,medelam priùs adhibẽdã particulæ ſuccos miniſtrãti, deinde particulæ recipienti. Vt dolorem capitis ex corrupta in ventriculo materia ortum curare volens,ventriculo primùm proſpiciet,deinde etiã capiti prouidebit.Atque hoc eſt quod vulgo dicunt, membrũ mandans primò, recipiens ſecũdò curari debere. Conſtat autem è venis in ventriculum æquè,vt in alias partes,excerni ſuccorum in eis contentorum portiunculas.Quas cùm hæſerint,ſi medicamento licet blando,purgare coneris,-præpoſterè ages: eo quòd parti ſuccos miniſtranti primò nõ adhibes remedium. Verendum enim ne purgatione infirmẽtur rurſus debiles illæ particulæ, quæ venarum excrementa ſuſceperint : unde ad ſuſcipiendũ nouum effluxum paratiores reddãtur : idq; deteriùs per minoratiua,quàm per alia,quòd humores moueant,magis quàm purgent.Moti autem humores ad partes iam fluxionibus tentatas faciliùs confluunt. Itaque vacuanda primùm per uenæ ſectionem horum copia,auferendaq; materia quæ ad effluxum parata erat. Deinde, quod reliquum eſt, partim in uenis,partim extra uenas, purgãte medicamẽto opportunè educet. Quẽ ordinẽ in cæteris uacuationib[9] ſeruare ſolemus,uniuerſales ſemper particularibus præmittẽtes. At ſanguinis miſsiõe nulla magis uniuerſalis eſt uacuatio:per quã non unus,ſed plures qui unãcũ ſanguine feruntur,humores extrahuntur. Purgatio unum, aut alterum humorem medicamento familiarem reſpicit:quæ

ſiſit minoratiua, è vicinis tantu per quas fertur, par tibus humorem eliciens, magis particularis euadit. Ex his manifeſtè apparet, pertinaciter errare eos qui minuentibus iſtis medicamẽtis ſanguinis miſſioni viam ſe parare putant. Quod indè profectũ eſt, quod neſcierunt diſcernere ſuccos à venis penitioribus emanantes, ab humoribus qui peculiari ac proprio ventriculi aut primarum venarum vitio

Aph. 29. lib. 2. & Gal. in comm.

in his colliguntur. Sed redeuntes ad ſcopum, meminerimus eius quod ab Hippocrate dictum eſt, Cùm morbi acuti inchoant, ſi quid mouendũ uidetur moue: cùm uerò conſiſtunt, ac uigent, meliùs eſt quietem habere. Motionis autem huius prima cenſetur venæ ſectio: altera purgatio. Quarum nullam oportet morbo iam conſiſtente adhibere: ne coctiones quæ tunc maximè fiunt, diſturbentur. Sed vt hæc citiùs eueniant, meliùs eſt circa principia vacuare, quò minorem iam factam materiã faciliùs poſsit natura concoquere. Indè minorantis purgationis tractum eſt nomen. Cùm verò in principijs acutorum (neque enim in longis citra præparationem conuenit: niſi fortè ſponte fluens humor ad id nos inuitet) requiratur, atque ars ipſa doceat ab imbecillioribus incipere: meritò blanda medicamenta ad hoc opus ſelecta ſunt, videlicet caſsia nigra, manna, ſerum lactis, ſuccus roſarum, ſuccus violarum, ſuccus lupuli, myrobalani, tamarindi, polypodium, epithymum, rhabarbarum, aloë: atque ex compoſitis, diaprunum ſimplex, catholicum electarium, & triphera perſica, ſyrupus roſatus ſolutiuus ſine ſcammonio, ſyrupus

pus è fumaria compoſitus, ſyrupus ex epithymo, ſyrupus è cichorio cum rhabarbaro compoſitus, quique huiuſmodi in varijs regionibus variè componi,ac aſſeruari ſolent. His nonnunquàm valentiorum portiunculæ adduntur, vt promptiùs, & efficaciùs humores attrahant, & idoneam purgationem præſtent. Morbus autem ſi calidiſsimus extiterit, frigidiora ad hoc opus eligenda indicabit, veluti caſsiam,ſuccum roſarum,aut violarũ recẽtem,aut ſyrupos horum infuſione paratos. In ceteris mitiore calore præditis,calidorum quoque medicamentorum portionem admiſcere licebit. Et ſi pars affecta longinqua eſt, eorum quæ & celeriùs, & vehementiùs agunt, aliquid inſeremus. Vires, quæ per initia (in quibus hæc adhiberi diximus) valentes eſſe ſolent,hoc purgationis genere non lęduntur. Nec feruentiſsimus aeris ſtatus hanc prohibere poteſt,cum materiam non paucam habeat illi contrariam, frigidam inquàm, atque humidã. Nec ætas uel puerilis,uel decrepita: cum uires aut nihil,aut minimùm offendat. Nec obſtabit conſuetudo aliena à uacuationibus; cùm huius materia familiariſsima ſit, ut pote quæ ad alimentorum naturam accedat,præſertim caſsia,& manna. Nec ſexus repugnat: nã grauidis etiam mulieribus primis,medijs,& vltimis menſibus tutò adhiberi poteſt,nullo abortus periculo. Nec uitæ actio hanc reſpuit,ſiue calida,ſiue frigida,ſiue laborioſa,ſedẽtaria,aut otioſa ſit ea: cùm medicamentis ad temperiem accedentibus utamur. Naturarum tamen inſpiciẽdæ ſunt proprietates. Nã ſunt quibus tormino-

minoſa & nauſeabunda ſit caſsia: ſunt quibus nihil agat, ſed promptè in alimentum conuertatur: ſunt quibus diſtenſiones, flatus, & dolores pariat. Alijs manna in bilem uertitur: alijs alimento eſt. Alios iuuat rhabarbarum, quos cætera mitiora offenderint. Acutis morbis deſtinatum eſt id remedij genus. Nam in longis tenaci, craſſa, crudaque materia præditis, ſtatim adhiberi non debet: ne per initia uacuando tenuiorem materiam, reliquã duriorem ac compactiorem efficias, medicamentis poſteà & concoctioni rebellem. Expectanda ergo in his concoctio, antequã purgationem aggrediaris. Tùm uerò ab imbecillioribus auſpicandum erit. At citra aliam, quàm quæ uictu fit, præparationem, in acutorum principijs blanda purgatio locum habet, & magis ſi materia turgeat. Sed cauendum, quantum fieri poterit, ab horis & diebus acceſsionis. Et ſi forte contigerit, ęgrum motione illa egentem, per initia purgatum nõ fuiſſe, cõſequenter purgare ne uerearis. Nã Galenus ait ſe medicamẽta purgãtia dediſſe in pleuritide non ſolum primo, & ſecundo, uerùm etiam quarto, & quinto die. Hippocrates etiã purgat die quarto in morbis acutis. Et rationabile eſt idem de purgatione, quod & de uenæ ſectione ſtatuere, quã Galenus in continentibus & continuis febribus admittit, nõ conſiderato dierũ numero: ſed ſi uires tolerẽt, ſexto, & ſeptimo, & ſequẽtibus, atque etiã uigeſimo, ſi res ferat. Nec eſt quod dies natura ſua decretorios, ſed qui in propoſito affectu indicatiui tantum ſint, non etiam critici, excipias: ſiquidem

comm. in 4. uict. acut.

9. meth. & libr de cur. rat. per uen. ſect.

dem

Idem ueteres ſine diſcrimine paribus & imparibus (modo acceſsiones non prohiberent) decretorijs & nō decretoriis, purgationes ſuas adhibuerūt ante iudicationē. Quā pendente, quietē imperauit Hippocrates. Et quanq; imminētē etiā uel innouatione, uel quauis irritatione impedire prohibitum ſit: tamen ſi error is uel à medico, uel ab ægrotante, uel aliter commiſſus ſit, ut neceſſaria uacuatio per initia opportunè facta non eſſet, errori ſubuenientes, quouis tempore (præterquàm ſummo uigore criſim iā elaborante,) uacuationem moliemur. Præceptum Hippocratis non tranſgredientes, ſed rectè intelligentes: quod iam ſuppoſuerat, omnia ab initio uſque ad eum diem rectè, atque opportunè facta, non ſolum à medico, ſed & ab ęgrotante, & ab aſsidētibus, & exterioribus. Quæ ſi per initia conſequenterùe minùs rectè, atq; importunè facta ſint: intercepto ac interrupto & naturæ, & artis ordine, aliū curſum nos tenere docet, quo erroribus ſubuenientes, curationē ad rectā methodum reducamus, naturamq; reuocemus ad ordinatos ſuos motus, per quos & morbos cōcoquere, & ſuperare ſolet. Dabuntur autem huiuſmodi minoratiua horis benè matutinis, quibus alimētū tum coctū, tū diſtributū fuerit: nec prādij horā accelerabimus. Sed tū cibū offeremus, cùm uel ſatis ęger purgatus fuerit, uel cibo ſatis abſtinuiſſe uidebitur, etiā ſi nihil deiecerit. Nā ut blandè agunt, ſic tardiùs excretionē promouent id genus medicamenta. Quo fit, ut neq; tardandū ſit prandium, licet nihil adhuc egerint: ſed expectanda tardiùs

purga-

purgatio, per id quod blandius, & citra moleſtiam operatur. Superuacua autem eſt induſtria, lauatorio (ita enim vocant) paulò ante prandium, uitioſos ſuccos, & medicamẽtum congregare. De caſſia verò & manna reſpondendum medicis nõ niſi paulò ante prandiũ ea exhibentibus. Credũt enim, hæc ſi paulò ante cibum ſumantur, uim purgatoriam promptiùs exerere: ſi longè ante prandium deuorentur, nihil agere: quod ſuauitate ſua naturę ſint tam familiaria, vt in alimentum vertantur, niſi quid naturæ adhuc magis familiare) vt cibus & potus) ſtatim obijciatur. Monemur tamen hic, verendum ne qui medicamento colligitur vitioſus humor alimento permiſceatur, permixtusque uenas uitioſo ſucco repleat. Idcirco excogitaui ego modum quo tutò admitterẽtur, ut nihil hac parte offenderent: deprehendique aſſumptis illis ſatis mane, ac ſuperepoto iure pulli leuiter cocto, utrumque rectè procedere: & ut uires ſuas prõptiùs exerant, & nec alimento uitioſos ſuccos, quod curandum ſit, permiſceant. Aliqua enim parte ius illud alimentum eſt, naturæ magis quàm caſſia aut manna familiare. Reliqua ſubſtantia ueluti uehiculum eſt, quo medicamentum diſſoluatur in uentriculo, ut citiùs de potentia reducatur in actum. Sic ergò caſtigandus medicorum error, paulò ante prandium, aut cęnam caſsiam & mannam ſemper exhibentium, & collectos medicamẽtis uitioſos ſuccos cum alimento cõfundentium. Longè enim ante cibum, modo quo dixi, mane dari debent. Conſequenter uerò, nõ autem, ut fieri ſolet, per unam

aut

aut alteram ab aſſumptione horam ius illud præbendũ aliudve pari cõditione cõueniẽs. Quale qđ ex cochleis, aut ciceribus arietinis venit in vſum. Quorum loco mulſam, & hydroſaccharũ vſurpare licebit. Supereſt, vt de his quæ à medicamentorum facultatibus indicantur, nõnihil dicamus. Caſſia, cũ humida & lubrica ſit, flatibusq; tumeſcat, de ſe indicat quibus corporibus & morbis adhiberi debeat. Nam fluente aluo non conuenit: neque doloribus qui à flatibus procedunt. Mãna, temperaturis dulcia in bilem conuertẽtibus nõ prodeſt. Succus roſarum recens molliter euacuat, aſſeruat potiùs adſtringit. In violis etiam vis purgatoria celeriter euaneſcit. Serum lactis in dolore capitis, & maxima putredine ſuſpectum eſt, ob lactis ſubſtãtiam à ſero non omnino ſecretam. Lac autẽ capiti, & putredini non conuenire, demonſtratum eſt. Epithymum, calidis & ſiccis naturis aduerſum ſiticuloſum eſt. Polypodiũ flatulentum, & nauſeabundum. Tamarindi, frigidum ventriculum lædunt. Myrobaláni, adſtrictoria vi obſtructionibus noxam inferunt, nec aluos adſtrictas iuuãt. Rhabarbarum, adſtrictionẽ habet vi purgatrici cõiunctam, quæ interdũ requiritur: interdũ inutilis, aut nociua exiſtimatur. His perpenſis, ſelectoq; vtili maximè cõueniente medicamẽto, eodẽq;, ſi reſpoſcit, caſtigato ac correcto, purgationẽ hãc clemẽtẽ moliemur: ac ab aſſumpto medicamẽto ſomnũ, ſi æger velit, cõcedemus. Vigilias ẽt, ſi has malit, & corporis motũ tẽperatiorẽ ꝑmittemus. Vt n. blãda ac familiaris, ſic libertate plena eſt hęc vacuatio.

DE CORPORIS PVRGANDI, & humorum vacuandorum præparatione ac concoctione. Cap. V.

Aph. 9 li. 2 & Gal. in comét. CORpora quùm quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere, inquit Hippocrates. Quod fit extenuatis, inciſis, abſterſiſq; humoribus craſſis, tenacibus, & lentis: & meatibus apertis, p quos iſti tranſmittuntur, atque trahuntur à medicamẽtis purgantibus. Tunc enim purgatio in omnibus rectè procedit, dum neque in attrahendo medicamentum vim facit, neque in expellendo natura laborat. Si verò his neglectis continuò ad medicamentum acceſſeris, difficiles venient purgationes, non ſine torminibus, & quadam vertigine, faſtidioq; multo, & malo pulſu, & diſſolutione ac diffi cultate. Vt nihil horum contingeret, præparationẽ illam tentabat Galenus attenuante victu: ſic eorũ quę præter naturã in corpore continebantur, ſine vlla moleſtia, ac celerrimè vacuationes faciens tã per vomitum, quàm per aluum. Quod non ſolùm in longis & frigidis affectibus, verùmetiam in acutis qui ad plures dies extenduntur (nam in acutioribus occaſio præceps non patitur moram) ſæpè faciendum eſt. Licet enim hi biliosa conſtent materia, cum tamen obſtructiones aliũde contractas habeant, vel cutis denſitatem præ ſe ferant, aperiẽte illa præparatione, ac fluxibilitate omnino eget, vt medicamentum bilem faciliùs attrahat, & natura minori moleſtia eandem cum medicamento exigat. Et ſi bilis aliorum humorũ mixtione craſ-

ſeſcat, attenuatione manifeſtè indigebit. Si nihil horum adſit, bilis ſuapte natura tenuis præparatio ne non eget: ſed ſponte penetrans, & fluens, medicamento attrahenti, & naturæ expellenti cædit facilè. Niſi fortaſſe adeò tenuis ac mobilis euaſerit, vt diſcurrendo, & per corpus vagando medicamēti attractionem effugiat. Neq; enim paleam vento agitatam attrahit ſuccinum, nec ferrū motum magnes, ſed quietum, obediens, & tranquillum. Pari modo, nec bilem mobilem furētemq; attrahit medicamentum. Qua propter non fluxibilitatē, ſed incraſſante præparatione tunc eget, per quam retineatur, & furere deſinat. Si enim tranquilla, ac q͡e ta, medicamento cædet, & obediet. Has præparationes hodiè partim victu, partim medicamentis incraſſantibus, aperientibus, incidentibus, abſtergentibus, lenientibus, pro indicationum varietate, efficimus. Atque in victu incraſſant frigida omnia, ut lactuca, malua, portulaca, acetoſa, cucurbita, cucumeres, pepones, poſca, omphacium, aqua frigida, pruna acetoſa, ceraſia acida, mala punica, cotonea, pyra, poma, polenta ex hordeo viridi, piſces molles & humidi, alica cum aceto & mali punici granis. Eadem etiam leniunt: exceptis alica, punicis, cotoneis, & pyris, quæ adſtrictionem habent. Attenuant, aperiunt, & tergent citra caliditatis noxā, ptiſana hordei, omnino refrigerans: mulſa, in calidis morbis ſuſpecta, niſi aceto condiatur: Cichorium, endiuia, Scariola, Aſparagi, gingidiū, iuraq; omnia his parata. Quibus in bilioſis, & calidis affectibus utimur,

Nàm in frigidis, craſſa, tenaciq; materia præditis, adhibentur hyſſopum, apium, petroſelinum, pulegium, thymbra, ſerpyllum, origanũ, thymus, anethum, balſamita, menta, meliſſa, fœniculũ, naſturtium hortenſe, & aquaticum, paſtinaca, carum, raphanꝰ, porrum, cepa, eruca, ſinapi: cappares, amygdalæ præſertim amaræ, vuæ paſſæ, caryçæ: ptiſana cum melle, pulegio, hiſſopo, origano: alica, cũ mulſa, origano, anetho, porro, hyſſopo: lac amygdalinum, cum mulſa, hyſſopo, & ſimilibus: ius limacũ, & cochlearum, & cicerum arietinorum, cũ oleo, ſale, aceto, hyſſopo, menta, petroſelino, & lauri folijs: ius album Galeni, ex anetho, ſale, oleo, & porri exiguo in aquam coniectis. Atque hæc quidem ad victum faciunt. In medicamentis verò ſimplicium, & compoſitorum quæ ſingulis humoribus deſtinata ſunt, habenda eſt ratio. Nam quædã ad bilem flauã tum tenuem, tum craſſiorem faciunt: quædam ad pituitam: quædam etiam ad ſuccum atrum & melancholicum. Quæ bilem tenuiorem præparant ſimplicia, ad apozemata, ſyrupos, zulapia idonea, hæc ſunt. Tergentia quidem, & obſtructa aperientia, radices, turiones, folia graminis, ruſci, aſparagi, filicis, cichorij, endiuiæ, ſcariolæ, roſtri porcini. Herbæ, parietaria, hepatica, lupulus, Adiantum, cætrach, ſcolopédrium, capillus veneris, polytrichum, Callitrichũ. Semina ſcariolæ, endiuiæ, cichorij, aſparagi, hordeum, quæq; ſemina frigida maiora dicuntur non mũdata, cucumeris, melonum, cucurbitæ, citruli: flores cichorij, lupuli, aſparagi. Humectantia verò, & cum refrigeratione

Ad bilem tenuẽ ſimplicia.

tione

tione lenientia, & humoris acrimoniá obtundentia: Radices & folia ſpinachiæ, bliti, peponum, cucumeris ſatiui. Herbæ, tuſſilago uirés, ná ſicca mo dicá habet acrimoniá: Alſine ſeu Auricula muris, malua, lactuca, acetoſa, portulaca, folia cucurbitę. Quibus furente materia, adduntur lactuca agreſtis, ſolanũ, ſemperuiuũ, hyoſcyamus, & papauer. Fructus verò huius intẽtionis ſunt, poma dulcia, pruna, myxa, zizipha, ceraſia, mora, cucurbita, pepones, cucumeres, citruli. Et ſemina melonum, cucumeris, cucurbitæ, citruli mundata: hordeũ mundatum elixum, ſemina pſylij, lactucæ, papaueris, cicutæ, hyoſcyami. Flores etiá maluarũ, violarũ, roſarum recentiũ, hyoſcyami, papaueris. Adſtringentia uero radices & folia tormẽtillæ, tapſibarbati, hiſtortæ, trifolij acetoſi, plantaginis vtriuſq;, virgæ paſtoris, burſæ paſtoris, polygoni, cydonię, lẽtiſci, myrti. Pyra acerba & auſtera, punica, cydonia, meſpila, ſorba, ribes, berberis, Rhus ſeu ſumach, fructus tamaricis. Et ſemina citri, polygoni, portulacæ, plãtaginis, acetoſę, cydoniorũ, myrti, coriádri, nenufaris, papaueris, cicutæ, hyoſcyami, q̃ tria vltima nõ tam ſiccitate, q̃ intẽſa frigiditate condenſant, retinẽt, & adſtringunt. Ad hunc ſcopũ faciũt roſæ ſiccæ, balauſtia, flores cydoniorum, tamaricis, myrti, nymphææ, hyoſcyami, papaueris. Compoſita quæ in bilioſa materia, & calido affectu aperiunt, attenuãt, & abſtergũt, hęc potiſſimum ſunt in vſu: Hydroſacchar, Mulſa dilutiſſima, ex aquis endiuiæ, cichorij, ſcariolæ, aceto condita. ſyrupus acetoſus ſimplex. Oxymeli ſim- Cõpoſita.

 plex,

plex, oxyccharũ ſimplex, ſyrupꝰ endiuiæ ſimplex, ſyrupus de cichorio ſimplex, ſyrupus de fumaria ſimplex. Ad quos accedunt ſyrupi de limonibus, & de acetoſitate citri. Dandi oẽs cum aquis ſtillatis vel decoctis cichorij, graminis, aſparagi, endiuiæ, ſcariolæ, adianti, hepaticæ, fumariæ, lupuli, & ſimilium. Refrigerant & humectant, leniũt, & feruorem extingunt oxycratũ modicè ſaccharatũ, ſyrupus de pomis, ſyrupus violatus, de cucurbita, de ſucco acetoſæ, de portulaca herba, de papauere: cũ aquis ſtillatis vel decoctis malue, violarũ, lactucæ, portulacæ, cucumeris, cucurbitæ. Adſtringũt, ſyrupi de roſis ſiccis, cydoniorum, de agreſta, de granatis acetoſis, de nymphęa, de myrto, cũ aquis roſarum, acetoſæ, plantaginis, myrti, cydoniorum, nenufaris. Craſſiorem bilem præparant dicta iam ſimplicia & compoſita, attenuandi, tergẽdi, aperiẽdi facultate prædita: & pręter hæc, radices & folia altheæ, verbenæ rectæ & ſupinæ, atriplicis ſatiuæ & agreſtis, oxylapathi, verbaſculi odorati ſeu herbæ paralyſis, boraginis, bugloſſæ, glycyrhizę. Herbæ, urtica, fumaria, cherefolium officinarum, capillares herbæ, millefolium. Cortices radicũ capparis, tamaricis, mori, hederæ, aceto madefactæ. Semina atriplicis, cherefolij, aſpergulæ, altheæ, fraxini, hederæ, fenugreci, anethi, vitices: vuæ paſſæ, caryca, fructus halicacabi: flores bugloſſæ, boraginis, chamemæli, ænethi. Quibus pro craſſitudinis magnitudine, pleraque ex his quæ pituitam apparant, interferuntur. Compoſita craſſiori bili deſtinata ſunt mulſa dilutior, oxymeli compoſitum,

Ad bilem craſſam. Siplicia.

Cõpoſita.

tum,

tum, ſyrupus acetoſus cõpoſitus, oxyſaccharũ cõpoſitũ, ſyrupus endiuiæ cõpoſitus, ſyrupus de ſcolopendria ſpleniticus & hepaticus, ſyrupus capilli veneris, ſyrupus de iuiubis pulmonicus & renalis, ſyrupus de glycyrrhiza pulmonicus: cũ aquis ſtillatis vel decoctis fumarię, lupuli, graminis, aſparagi, capilli ueneris, ſcolopẽdrię, cichorij, endiuię, ſcariolæ, anethi, valentiorumq; aliorum. Pituitam craſſosq; humores incidũt, & cõcoquunt radices, & folia chelidonij maioris oculis potiſſimum deſtinati; pæonię maris ad cerebrum & neruoſas partes: Ononis, ſeu remoræ aratri, & lilij conuallium ad comitiales, & calculum: Iridis, & glycyrrhizæ, ad pectus & pulmonem: bugloſſæ, & boraginis ad cor: capparis, & tamaricis ad lienẽ; Rubiæ maioris, & lilij albi ad vterum: ſaxifragæ, ſatyrij, eryngij, althææ, raphani, ad urinæ vias, & venerẽ: ariſtolochia, longę & rotundæ, Centaurij maioris, & minoris, perſonatiæ ſeu bardanæ, aſari, acori, galãgæ maioris & minoris, neutra enim eſt Acorum: calami aromatici, ab acoro diuerſi: filipendulæ, pimpinellæ, dictamni, gentianæ, caryophyllatæ, Inulæ, aſphodelij, apij, petroſelini, fœniculi, Linarię, peucedani, mei, dauci, ſilphij, ari, dracontij, ualerianę, bryoniæ, ebuli, cyclamini, ſcillæ, ſcordotis, ſcordij, geniſtæ. Herbæ, maiorana, meliſſa, ſaluia, ſtæcas: capitales: eufraſia, ocularis: hyſſopum, braſſica, praſsium, ſcabioſa, pectorales: menta, balſamita, thymbra, ſtomachales: eupatorium, agrimonia, abſinthium, hepaticæ: ocimum, cordiale: thymus, caſſutha, ſpleniticæ:

Ad pituitam.

Simplicia

arthemiſia, ſabina, matricaria, uterinæ: Etruca, naſturtium aquaticũ, vrinales, & ueneræ: Chamæpithys, hypericũ, arthriticæ: Aſclepias, quę & hirũdinaria, & vincetoxicum dicitur, tanacetũ, carduꝰ benedictus, angelica, aduerſus peſtilentiã & venena: ſantonicum, abrotonũ, mentaſtrũ, nepeta, calamentum, origanũ, pulegiũ, ſerpillũ, poliũ, naſturtiũ hortẽſe, beta, mercurialis: ſpica nardi & celtica, lauendula, primula ueris, liguſticũ, roſmarinꝰ, chamæmelũ, męlilotũ, fęnugræcũ, anethũ, anagallis, folia perſicæ arboris, ſambuci, vuularię quã laurum Alexandrinam appellant. Ex lignoſa ſubſtãtia uiſcũ quercinũ ad comitiales & vertiginoſos: lignum ſanctũ & guaiacum, ad luẽ uenéream: Ramenta iuniperi, fraxini, hederæ, ad lienoſos, & arthriticos: cortices radicũ capparis, tamaricis, ebuli, mori, oleæ, hederæ, geniſtæ, medianiq; fraxini, & ſambuci: Ex fructibus, vuæ paſſæ, caricæ, carpeſia, cappares, Anacardi nimia caliditate ſuſpecti, piſtacea, pineatũ nuclei, amigdalæ dulces & amaræ. Semina pęonię, peucedanũ, ſileris, maioranę, nigellæ, carthami, naſturtij, geniſtæ, anagallidis, raphani, paſtinacæ ſatiuæ, & agreſtis, milij ſolis, ſaxifragę, urticæ, fraxini, petroſelini, apij, dauci, cari, fœniculi, aniſi, amomi, ameos, cumini, uiticis, abſinthij, abrotoni, ſantonici, ruthæ, anethi, liguſtici, caſſuthę, hyperici, ocimi, lini, fęnugræci, altheę, braſſicæ, goſſipij, boraginis, vincetoxici, baccæ lauri & iuniperi. Flores ſaluiæ, roriſmarini, ſtæcadis, anethi, lilij, chamamęli, meliloti, geniſtæ, ſambuci, cheyri. Cõpoſita: oxymeli ſimplex pluſculo

Cõpoſita.

melle & aceto pauciore cõſtans : mulſa meracior pſertim ex aquis ſaluiæ, roriſmarini, ſtœcados, hyſſopi, meliſſæ, calamẽti paratã : oxymeli cõpoſitũ, ſyrupus acetoſus compoſitus, & oxyſaccharũ cõpoſitum, ſyrupus ſtœcados, ſyrupus ex glycyrrhiza, ex hyſſopo, ex praſſio, ex cortice citri, ex mentu, ex abſinthio, ex eupatorio, ſyrupus byzãtinus, ſyrupus è calamento, ſyrupus ex arthemiſia, oxymeli ſcylliticũ, œnomeli, mel roſatum, mel anthoſatũ, mel mercurialatũ, mel geniſtatũ. Et ĩ pulmonũ affectibus eligmata, q̃ loch vocãt: vt loch ſanũ, vt loch de pino, loch de caulib⁹, loch de pulmone vulpis, loch de ſcylla. Accidit nõ nũq̃ vt cerebrũ, uel refrigeratione, ab externa cauſa cõtracta, uel aliter, pituitoſum craſſumq; humorẽ colligat reliquo corpore ita diſpoſito, ut bilẽ potiùs, aut ſanguinem coacervet. Quo caſu, vniuerſali præparatione opus non eſt: ſed particulari, quæ p gargariſmos, apophlegmatiſmos, & errhina incidentia & cõcoquẽtia fiat. Quorum materiã ex dictis apparentibus aſſumi volunt. Atrum humorẽ incidũt, præparant, concoqunt. Radices & folia bugloſſæ, boraginis, capparum, tamaricis, oxylapathi, aſparagi, altheæ, ſambuci, polypodij, ebuli, inulæ. Et herbæ mercurialis, ſcabioſa, fumaria, lupulus, cæteracum, ſcolopẽdrium, eupatorium, agrimonia, meliſſa: ocimum, ſatureia, caſſutha, thymus, anethum, chamemælum, melilotum. Cortices radicum capparum, tamaricis, hederæ, geniſtæ, ebuli, medianiq; ſambuci & fraxini. Vuæ paſſæ, cappares, inyxa. Semina caſſuthæ, boraginis, fraxini, al-

Ad melãcholiam Siplicia.

thæ,anethi,viticis,ocymi,hederæ, aſparagi. Flores bugloſſe,boraginis,chamemæli,melilothi, anthos,lupuli,tamaricis,ſambuci. Compoſita uerò:

Cópoſita. ſyrupus è bugloſſa,ſyrupus è corticibus citri,ſyrupus è pomis odoris,ſyrupus è ſcolopendrio,ſyrupus endiuiæ compoſitus, ſyrupus capilli veneris, ſyrupus fumariæ ſimplex,& cōpoſitus,ſyrupus ex epythymo,ſyrupus bizantinus,mulſa aromatis cōdita,oxymeli aromatis conditum, oxyſaccharum cōditū,mel bugloſſatum,mel boraginatū,mel anthoſatū,mel mercuriale,mel geniſtatū: cū aq̃s ſtillatis,uel decoctis fumariæ,lupuli, ceterach, capilli veneris, ſcolopendrij,tamaricis,bugloſſe, boraginis,anthos, ocymi, meliſſæ, agrimoniæ, eupatorij,&c. His ſane iuuatur natura,pituitā,& atrū humorem concoquēs:& bilē flauā ad expulſionē parans,non autē verè concoquēs.Nā ſicuti in ſanguificatione quod peruſtū eſt,bilis dicitur:quod nōdum coctū,ſed ad coctionē idoneū pituita: quod tanquàm fax reſidet,melancholia: ſic in altera cōcoctione,ſeu maturatione quā natura noxiorū cōcoctioni prouidens,ſponte molitur,& adminiculantē artē ſuſcipit,pituita,& melāncholia calore co qui dicuntur:bilis aūt frigidis & humidis adæquari tm̄,non ēt cōcoqui. Neq; enim calorē,ſine quo maturatio illa non fit,feruida ipſa admittit. Hunc ſcopū indicāt morbi oēs à materia profecti, qui ſi calidi extiterint, refrigerantibus vtendū monſtrabunt:ſi frigidi,calidis:ſi humidi,ſiccantibus: ſi ſicci,humectantibus:Si materia craſſa eſt, incidentibus:ſi glutinoſa,ac lenta,tergentibus: ſi obſtruēs, ape-

aperientibus. Sed temperamentum corporis, contrarietatis adhibendę menſuram prę ſcribet. Nam ſi calidus morb⁹ erit in corpore natura calido, minùs refrigerantibus vtemur: ſi in corpore natura frigido, intenſiùs refrigerabimus, iuxta ea quæ in ſecunda indicatione ex Hippocrate & Galeno diximus. Idē in partium affectarū tēperamentis obſeruabimus. Cauebimus ne impensè refrigerātiū, & præcipuè ſtupefacientium adiectione uires inſigniter offendamus. Ambientis rationē habebim⁹. Ætatem, conſuetudinem, naturarū proprietates, ſexum, & vitæ munera, pro regulis moderandę cōtrarietatis nobis cōſtituemus. In morbis acutis citò ad hunc ſcopum tranſibimus: in longis diutiùs & efficacius præparationem hanc, & concoctionem moliemur. In principijs faciliora adhibebimus: inde ad valentiora paulatim progrediemur. Longè ab acceſsionibus, & ante cibū, aut longè poſt cibum, ea propinabimus. Atque bis, aut ter in die, aut quater, ſi res poſcit, ea dabimus: pueris quidem trium, aut quatuor vnciarum pondere: adultis ad quinque, & ſex, & ſeptem vncias.

DE PVRGATIONE *Vniuerſali.* Cap. VI.

VNIVERSALIS hæc purgatio aduerſus mali cauſam pugnat acriter, præmiſſa totius corporis fluxibilitate, & humorum vacuandorum attenuatione, pręparatione, & cōcoctione, vti diximus. Tūc enim habem⁹

natu-

naturam euacuationi adminiculantem cũ humores in fluxili corpore bene coƈti,ac præparati fuerint. Præparationem autem partim uiƈtu , partim medicamentis effici diximus. Cui ſuccedẽs medicamentum purgans , citra laborẽ aut per uomitũ, aut per aluum materiam educet. Sed uomitũ blãdè mouent aqua tepida,aqua hordei , oleum cõe, aut ſeſaminum,aut lirinum cum penna in guttur demiſſum:ficus recentes multæ comeſtæ, ſuperepota aqua tepida: aqua mulſa cum oleo, oxymeli aut ſimplex,aut cõpoſitum: ſyrupus acetoſus ſimplex,aut compoſitus:hydrœlæum,oleum cũ melle,aut cum aceto,omnia tepida. Efficaciùs agunt radices,ſemina,ſucci,atriplicis, melonum, cucumeris,napi,bethonicæ, raphani, aſari, aſphodeli, naſturtij,erucæ:& mulſa,aut mulſum,cum aceto, aut oleo. Violentiùs, agaricum alpinum , ſcylla, bryonia,raphanus agreſtis,ſeſamoides,folia lauri, cyclamen:laureolæ,geniſtæ,ſambuci, & ebuli partes ferè omnes:eſula,thapſia,ricinũ, colocynthis, nux vomica,narcisſi bulbus,elaterium,æs vſtũ, Chryſocolla, elleborum albũ , & nigrum, neutrũ hodie admittendum:oxymeli ſcilliticum : hierapicra,omnia tepida. Purgant per aluum bilem flauam,rhabarbarum,& diacrydion. Rhabarbarum quidem pondere drachmæ vnius cum ſemiſſe, ſi trita eius ſubſtantia aſſumatur : aut drachmarum trium , aut quatuor, ſi infundatur, nec purgans aliud addatur. Hoc caſtigatione nõ eget, ſed ſpicanardi, ſchænãthõ, cinnamomo vigori credit. Diacrydion igneũ eſt,acre,erodẽs,& violẽtũ.

Vomitoria.

Purgãtia per aluũ Bilem.

Datur ad grana decem, aut duodecim: & maſtice, roſis, cinnamomo, tragacãtha, & galanga frænat. Compoſita ad bilem uacuãdã hęc aſſeruantur: electarium è ſucco roſarũ, electarium è pſylio, diamãna, diaprunum laxatiuum, hiera pigra Galeni, dãda à drachmis quatuor ad quinque & ſex. Item pilulæ ex rhabarbaro, ex eupatorio, ex hiera ſimplici, ultra drachmã: & pilulæ ex fumaria, indæ, ex lapide armeno, ex lapide lazulo, è quinq; generibus myrobalanorũ, ad ſcrupulos duos, aut drachmam unam. Pituitam eliciunt, agaricus, pyrethrũ, hermodactylus, ſuccus radicis iridis, turbith, colocynthis, elaterium. Agaricus veterum ex Agaria, aut Ponto, medicina familiæ vocabatur: flatus diſcutit, & uomitum ſedat Dioſcoridi, Galeno, Paulo, Auicennę. Delphinatium, & Alpinus, quo hodie officinæ utuntur, uomitorius eſt, & flatulẽtus, & maiorem doſim admittit. Caſtigatur maſtice, galanga, aut menta: zingibere, aut ſale gẽmeo vigoratur, ut craſſam pituitã attenuet, & educat. Ridiculi ſunt qui trochiſcatum iterum infundunt in melle roſato, uel oxymelite, exiſtimãtes ſic efficaciùs purgare, quam ſi puram ſubſtantiam aſſumpſiſſent. Nam cum in trochiſcos redigeretur, maceratione in oxymelite, vel (ut hodie fit) in uino infuſionis zingiberis, de ui purgatoria non parum amiſit. quod uel ſola lotione omnibus medicamẽtis accidere ſolet. Tutiùs agunt qui ſimplicem & purum, recenter adiectis frænantibus, infundunt: & trochiſcati ſubſtantiam propinant. Pyretrum datur Paulo ad obolos nouem cum aqua. Hermo-

Ad pituitam.

mo-

modactylus officinarum eandem doſim admittit, haud verendus, quia minus, quã ſcribat, vires ſuas exerit: gau det maſtice, galanga, & aromatis. Succi radicis iridis drachmæ duę, tres, quatuor, cũ oxymelite, mul ſa, aut uino albo, valent plurimũ. Turbith drachma una ſatisfacit. Venenoſum eſt, ſicut & colocynthis, & elaterium. Caſtigantur hęc maſtice, tragacantha, zingibere, aromatis. Sed elaterij ſatis ſunt grana uiginti: & colocynthidis ſemidrachma. His alia addere potes phlegmagoga, nõ adeò vſitata: corticẽ radicis oleę, corticem radicis cucumeris agreſtis, cnicũ, ſcordiũ cum melle, chamæpithyn in globulis, gummi in deſtillationibus oculorũ, ſquamam cypriã cum æquali pondere terebinthinę in globulis, terebinthinam ipſam; ſtyracis candidi drachmã unam cum ęquali pondere terebinthinæ; ariſtolochias oẽs, cyclaminũ, radicem bryonię, ben, ſarcocollam, ſagapenum, bdellium, opoponacum, ammoniacum, ricinum: acria omnia maſtice, roſis, tragacantha, zingibere, ſale gẽmeo, & aromatis caſtiganda. Adhibetur pręter hęc in decoctis, aſarum, lauri folia virentia, polypodium, ſtęcas, geniſtę flos & ſemen, aliaq; huiuſmodi. Compoſita ad pituitam hæc aſſeruantur, electarium indũ maius, benedicta laxatiua, diaphęnicum, diacarthamum, danda à drachmis quatuor ad quinque, & ſex. Pręterea catapotia ſeu pilulę aſſaieret, aleſanginæ, hierę ſimplicis ad ſcrupulos quatuor; & vltra: pilulæ aureę, cochię, aggregatiuę, de agarico, ad drachmam unam: pilulæ lucis maiores, fœtidæ maiores, artliritię, ex hermodactylis

ctylis maiores, ex opoponaco, ex ſagapeno, è ſarcocolla, ex euphorbio, quæ uix drachmam admittunt, ob vehementiam. Trochiſci alhandal, pondere duorum, trium, aut quatuor granorum, plerunque adduntur ad acuenda cętera, quę non ſatis efficacia videbantur catapotia. Atrum humorem educũt myrobalani indi, & tamarindi in decoctis potiſſimum, ſed imbecilliter: ſicut & polypodiũ, fumaria, lupulus, bugloſſum vtrunque, origanum, pulegium, parthenium. Sena ſatis ualet, à drachmis duabus ad tres in infuſione: nam ſubſtantię drachma vna cum ſemiſſe, ſatisfacit. Caſtigatur aniſo, dauco, galanga, & ſimilibus. Epithymum efficacius eſt, à drachmis quatuor ad ſex. Gaudet aniſo, & aromatis. Nec eſt quod uereamur lapidē armenum, aut cyaneum, pondere ſcrupulorum quatuor, lotos, & aromatis frenatos. nam non loti vehementiores ſunt. Helleboro hodie vti nõ audemus, ſed uinum helleborite Catonis pręcepto parare licet. Quo nihil utilius ad melancholicos affectus, qui uinum admittunt, excogitari poteſt. Compoſita ad hunc humorem habent officinę, Trypheram perſicam vltra unciam dãdam, diaſenam quę ſine helleboro eſt, & confectionem hamech, à drachmis quatuor ad quinque, & ſex: Hieram Logadij, Hieram Ruffini à drachmis tribus ad quatuor: pilulas ex fumaria, pilulas lucis maiores, & minores, pilulas è quinq; generib' myrobalanorum, pilulas Indas, lapidis lazuli, lapidis armeni, ad drachmã unam. Seroſos humores, & quam vocant aquã citrinã expurgant, braſſica marina, q̃

Melanchol-lia.

Seroſos humores, & aqu. cit.

& Sol-

& Soldanella trita, à drachma vna ad duas: ſuccus radicis Iridis ad drachmas duas, tres aut quatuor, cũ oxymelite, aut mulſa, aut cũ vino albo: ſuccus radicis bryoniæ, aut cyclamini, ad drachmas duas, aut tres: turbith, ad drachmã vnã: elateriũ, mezereũ, euphorbium, à granis decẽ, ad quidecim, & uiginti, additis maſtice, roſis, tragacantha, aromatis. Decoquuntur præter hæc aſarum, ebulus, cortex medianus ſambuci, Scyllã. His addũt quęcũq; pituitam educunt: & ex compoſitis, trochiſcos alhãdal à granis decem ad viginti, & pilulas mezerei, & de euphorbio, ad ſcrupulos duos. Eſſe quædam quæ ſanguinẽ expurgẽt ex hiſtorijs, clarũ eſt: ſed horum cũ authoribus extincta eſt memoria. Quãquam non deſunt qui porrorum capitatorũ ſucco id effici contendant: necnon mercuriali, & viola candida: & ſylueſtri malua, & ſaluia: quod verum non eſt. Veratrum, ſcammonium, colocynthidẽ, elaterium, id præſtare ſæpe cõpertũ eſt: ſed deleteria qualitate, nõ facultate purgatoria. Horum loco ſubſtituerunt medici benefica multa, quæ ſanguinẽ mundare, & puriorẽ efficere dicũtur: Radices inquam, & folia Centaurij vtriuſque, polypodij, ſambuci, ebuli capparum, iridis, cucumeris ſatiui, peponũ, boraginis, bugloſſæ, oxalidis, oxylapathi, hippolapathi, atriplicis, althea, & Herbas cappillares vocatas, & fumariam, lupulũ, agrimoniã, mercurialem, ſcabioſam, eupatoriũ Meſue, abſinthiũ, pulegium, origanum, betonicam, hyſſopum, hypericum, chamæpithim, heliotropium, thymum, cuſſcuthã, epithimum, ſenam, zizipha, myxa, pruna,

Sãguinem mundãtia.

caricas

carycas, paſſulas, tamarindos, myrobalanos oẽs: ſemina nigellæ, caſſuthæ, cnici, vrticæ, geniſtę: flores lupuli, bugloſſæ, boraginis, violarum, anthos, ſtęcadis, geniſtæ, mali perſicæ, ſambuci. Et præter hæc caſsiã nigram, ſerũ lactis: atq; ex cõpoſitis electarium catholicum, tripherã perſicam, hierã picrã, confectionẽ hamech, &c. Quæ oĩa per indicationes hoc modo ducenda. Nã morbus omnis ex materia purgationẽ requirit. Quæ ſi billioſa fuerit, eligendum qđ bilem flauam eliciat, medicamentum indicabit: ſi pituitoſa, quod pituitã extrahat: ſi melancholica, quod atrum humorẽ educat; ſi ſeroſa, quod ſeroſas ſuperfluitates, & quam vocant aquã citrinam, expurget. At ſanguine abundante, venæ ſectione tentare expedit. Quæ ſi non ſatisfecerit, cætera quoq; quæ ſanguinem mundare, & depurare dicuntur, adhibere licebit. Sed in vomitionis & inferioris purgationis differentia, obſeruandum quod ab Hippocrate lib. 4. Aphoriſmorum dictũ eſt. Si quis febrem non habens abſtineat à cibo, & cordis morſum, ſeu vertiginẽ patitur, & oris amaritudinem ſentit, purgatione indigere per ſuperiora ſignificat. Supra præcordia dolores, purgatione per ſuperiora indigere demonſtrant: quicunq; verò inferiora moleſtant, per inferiora. Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuũ grauitas, & lumborum dolor, purgari inferiùs oportere ſignificatur. Medicari æſtate ſuperiores ventres magis, hyeme verò inferiores. Graciles (qui magna ex parte bilioſi ſunt) & facile vomẽtes purgare ſuperiùs, cauẽtes hyemẽ. Vomẽtes verò difficulter,

Apho. 17. 18. & 20.

Aph. 4. 6. 7. 8. 9.

& mediocriter bene carnoſos, per inferiora, cauẽtes æſtatem. Tabidos verò, cauentes ad ſuperiores purgationes. Melancholicos pleniùs inferiores, eadem ratione contraria apponentes. Quorũ alui inteſtinorũ leuitate laborãt, hyberno tempore suprà purgari, malum : etiãſi acris, vel pituitoſus humor inteſtinis adhæſerit. Sola enim euomi natura apta ſunt, quæ in ventriculo continentur. Eorum uerò quæ continentur in inteſtinis, nihil poteſt per uomitus euacuari. Conuenit ergo humoribus in uentriculo contentis, quæ per ſuperiora fit purgatio. Et magis ſi bilioſi illi fuerint, & tempus æſtiuum. Quoniam qui hoc tempore humor ſuperabũdat, flaua bilis eſt, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatẽ magis ad ſuperiora mouetur. Leuiſsima autem bilis eſt, & ſponte ſua ſurſum eleuatur, utpote tenuiſsima, & mobilis. Pituitam etiã è uẽtriculo pellit hæc uacuatio, & hyeme confert plurimùm. Præterea cõuenit ijs qui cibis, & potibus ſe nimis impleuerunt. Verùm non omnes ad uomẽdum ſunt faciles : quod in primis hic conſiderandum. Nam qui thoracem anguſtum habent, moleſtiam in vomendo ſuſtinent, & ſæpè ruptoquaſe in deteriùs collabuntur. Qui uentriculum habẽt imbecillum, uomitionum lancinationibus, & cõuulſionibus inſigniter offenduntur. Quibus caput graue eſt, aut dolet, infeſta eſt hęc uacuatio: niſi forte à prauis humoribus in uentriculo contẽtis, vapores ſuos ſurſum dirigẽtibus, procedat grauitas, & dolor. Tunc.n.confert. Surditate affectis, & caligine oculorũ laborantibus thoracis, pulmoniſq;

Apho. 17. & Gal. in comm.

niſq; vitijs, capitis doloribus, & uertigini quæ à vẽ triculo nõ procedit, & dentibus imbecillis, eſt no xia. Alioqui cõſilium dedit Hippocrates: Quæ du cere oportet, quò maximè natura vergit, per loca conferentia eò ducere. Et Aph. 74. lib. . Corpora oportet, vbi quis purgare uoluerit, fluida facere: & ſi ſuprà, ſiſtere aluum, ſi uerò infrà humectare. Ve rùm à cibo uomitus adhiberi debet, qua de cauſa ueteres cibis pinguibus & humidis ventriculũ prę parabant. His ad uomitionẽ & inferiorum uacuationum differentiã ita diſtinctis, purgationem uni uerſaliter conſideremus. Diximus iam ex affectu, & humore noxio indicari medicamenti delectũ, quod propriũ ac ſibi familiarem humorẽ attrahat & expurget. Sic. n. omnia rectè procedent, dum ta lia purgabuntur, qualia purgari oportet. Quapropter dixit Hippocrates ſi qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt: ſi contrà, diffi culter. Et Aph. 2. lib. 4. In medicationib⁹ talia edu cere è corpore qualia & ſponte prodeuntia, utiles: quæ uerò contrario modo prodeunt, cohibere oportet. Dixerat autem lib. 1. In perturbationibus uentris, & uomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, conferre & leuiter ferri: ſin minùs, contrà. Sic & uaſorum inanitatio nem, ſi talis fiat qualis fieri debet, cõferre, & benè tolerari: ſi minùs, contrà. De qualitate eorũ quæ euacuantur agens. Adhortatur autem ſemper, vt quæ rectè à natura fiunt, etiã in artis operibus me dicus imitetur: ſicut & hoc loco à ſpontinis euacuationibus ſuam exorſus orationẽ. In quibus ſi

Aph. 21. lib. 1.

Apho 25. li. 1. & Aph 3. li. 4.

Aph 2. & Gal. in cõmen.

qualia oportet purgari, purgentur (hoc eſt ea quæ corpus infeſtant) cōfert, & leuiter ferunt. Quod ſi aliorum fiat ſpontina euacuatio, & non eorū quæ corpora noſtra moleſtant, contrarium euenit. Ne que.n.confert: & grauiter ferunt ęgrotantes. Eodē modo ſi medicus moliatur aliquam facere euacua tionem, eorum eſto quæ corpora noſtra moleſtāt: quemadmodum & in alijs locis humorē noxium præcipit euacuari, neq; alterum illi in euacuatione præferri. Si igitur pituita ſuperabundet, hanc omnino oportet euacuari. Flaua autem bile, vel atra infeſtante, abſtinendum eſt à pituita, & bilis infeſtans euacuanda. Sic etſi humor ſanguineus in cor pore modum exceſſerit, ſanguinē euacuari oportet, ſicuti & ſeroſam eius partem, ſi hæc fuerit ſuperabundans. Humorem autem ſuperabundantē, ex colore debemus coniectari, niſi aliqui fortè in profundum receſſerint. Color enim ſimilis efflore ſcit humoribus ſi non regurgitarint: In ijs autem qui retroceſſerunt & nōn ſunt æqua portione per totum corpus diffuſi, oportet inſpicere regionem, & anni tempus, & ætatem, & morbos in quibus cō ueniat, aut non conueniat talis, vel talis, humoris facere euacuationem. Habet.n, vnuſquiſq; humor in corpore ſuperexcedēs propria indicia. Sed gra tia perfectæ cognitionis inſpicere oportet tempus anni quod præſens eſt, & regionem in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatem, & ſpeciem ægritudi nis. Sint enim, ſi ita contigerit, flauæ bilis in corpo re abundantis indicia. Simul cum ipſis inſpiciendum erit ſi tempus æſtiuum, & ſi æger in ætatis vi-

gore

gore conſiſtit. Eodem modo & in pituita conſiderandum, ſi adſit hyems, ſi regio frigida, ſi homo ſenex. Et præter hæc omnia morbi ſpeciem inſpicere oportet. Veluti quod tertiana (ſi ita contigerit) fit à flaua bile modũ excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cancer ab atra bile, eryſipelas à flaua, atq; ſingulæ aliæ morborum ſpecies. Si.n. hęc omnia diſtinxerimus, firmius atq; ſtabilius ad noxij humoris euacuationem perueniemus. Deiectiones autem non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia vacuentur qualia vacuari oportet, & quod æger facilè toleret. Atq; vbi vſque ad animi deliquium expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare. Quæ aũt animi deliquia intelligat Hippocrates, in venæ ſectione diximus. Quod virium nos admonet, cùm dicitur, quod æger poſsit tolerare. Nã ſi fortè in vacuando diſſoluitur, à vacuatione deſiſtendum, etiam ſi adhuc reſtent ſuperuacua. Quapropter rectè Hippocrates dixit vacuationes quę ad extremum ducũt, eſſe periculoſas, licet alioqui neceſſarię videantur. Et Aph. 51. lib. 2. Plurimum atque repente vacuare periculoſum. Qm̃ omne nimis eſt naturę inimicum: ſed quod paulatim fit, tutum eſt. Qua ratione eradicatiuę illę medicinæ, quas barbari paſsim inculcant, excludunt. Neq;.n. tutum eſt vna vice radicitus humores extirpare. Sed nõnihil naturę relinquendum, qđ ipſa priùs per vacuationẽ velut põdere ſubleuata, poſtmodum elaboret, & vacuet. Ita.n. natura poſt venę ſectionẽ facere ſolet, vt reliquias materię quę vna vice educi tota non debuit, per alui profluuia, per

Apho. 25. lib. 1.

Aphor. 3. lib. 1.

vomitiones,& ſpontinos ſudores emittat. Quæ ſi forte non ſuccedat, iterata vacuatione quod ſuper eſt, tutò extirpabitur. Quod in purgationibus curioſius obſeruari debet, cùm in noſtra poteſtate non ſit purgantis medicamēti ſemel exhibiti uim cohibere. Quod ſi ex eradicātibus extiterit, nolentibus nobis tyrannidem in corpore exercebit. In omnibus itaq; uirium ratio habēda eſt, ne has magna uacuatione ſemel uſus exhaurias, & per ſyncopen ægrum ad mortem deducas. De qua re copio-

Aph. 5. li. 4 & Gal. in comm.

ſiùs Capite tertio diximus. Succedit aer ambiens, qui ſi calidiſsimus extiterit, purgationē hanc facile non admittit: veluti ſub Cane & ante Canem. Exuſta enim tunc natura eam quæ à medicamentis efficaciter purgantibus fit, non fert acrimoniā. Quare plures purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ex æſtu imbecilla, magis ex purgatione diſſoluitur. Praua etiā euadit hæc purgatio, cùm calor aeris ambientis in partem trahat extrinſecam, contrariā ei ad quā medicina ducit humores. Verenda etiam extrema frigiditas, quæ humores deuſando, & meatus conſtipando medicamētorum retardat, & ſæpè cohibet. Quas aeris qualitates, non ſolùm in anni tēpore, verùm etiā in loco habitationis, & præſenti cęli ſtatu, & regione con-

Apho. 47. lib. 6.

templari oportet. Sed ad purgationes accōmodatiſsimum tempus eſſe dixit Hippocrates, vernum: in quo neque calor adeſt qui corpora diſſoluat, neque frigus humores condenſans, neque inæqualitas quæ uires diſtrahat, & perturbet. Aetas puerilis validam purgationem non ſuſtinet, ſed benefi-

ea medicamenta utcunque admittit. Sicut & ſenectus decrepita:nõ aũt ualida altera,q̃ uenę ſectionem,& purgationes ægregiè tolerat. Minùs tamen quam iuuenes,& adoleſcentes,& alij qui inter pueros & ſenes medij ſunt: In quibus efficacior hæc purgatio,quam morbus requirat,minimè uerẽda: habita etiã ratione morborũ,qui ſingulis ætatibus euenire ſolent. De quibus in primo libro egimus. Attendenda ẽt conſuetudo. Neque.n.qui medicamentum nunquam aſſumpſit,purgationem facilè tolerabit: neq; qui ſingulis annis purgari conſueuerit,à medicamento impunè abſtinebit. Neque tutum eſt unam medicamenti ſubſtantiã familiarem habere. In quo peccant qui nihil præter rhabarbarum, aut caſiam ſani & ægrotantes aſſumũt. Variãda eſt ſaltem formula,ut modo in bolo, modo in potione ſumantur,ſeruatis etiã infuſionum, & decoctionũ,aliarumq; præparationum differẽtijs. Alioqui medicamẽtum aſſuefactione aut propter familiaritatem inefficax reddetur:aut ſi fortè tranſire ad aliud neceſſe ſit,moleſtiam in mutatione non paruam generabit. Naturarũ inſpicies proprietates. Sunt enim qui rhabarbari ne odorẽ quidem ferre queant: ſunt quibus agaricum tota natura aduerſum eſt: ſunt quibus diacrydion familiare. Quibus,quod naturæ maximè propriũ erit, propinare ne uerearis,etiam ſi in alijs corporibus malignam qualitatẽ id exerceat. Sexus uterque, pleniores has purgationes admittit: ſed mulieres minùs, vtpote molliores, & delicatiores. Quæ ſi grauidæ fuerint, ab his oĩno arcendæ ſunt, ſaltem

Aph 1. & 4. & 29. lib. 5.

primis & vltimis menſibus,ne abortus fiat, vt monuit Hippocrates, dicens: vtero gerẽtes ſunt medicandę, ſi materia turget, quarto menſe,& vſq; ad ſeptimum: ſed hę minùs. Iuniora autẽ,& ſeniora uereri oportet. Dixit autẽ ſi materia turget, & cogat accelerare. Nam cùm ſuperabundantes humores mouentur,& per totum corpus deferuntur, nondum in aliqua parte firmari: tunc ad eos expellendos natura incitatur,& aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos verò qui aliqua in parte firmati ſunt humores, non oportet mouere. An verò minuentibus blandisq; medicamentis, primis, medijs,& vltimis menſibus grauidę tutò purgari poſsint, capite quarto docuimus. Vitæ actio inquieta, laborioſa,& inconſtans, valentibus purgationibus ſubijcienda non eſt. Quantum.n. otioſo homini excrementorum quies concedit, tm̃ laboribus & exercitijs detrahitur, vt noua detractione, ſaltem validiore, inquieti nõ egeant. Otioſi, vtpote excremẽtoſi, vberiùs purgandi veniunt. Morbi longi efficaciores purgationes deſiderãt, vtpote duriore materia, quę medicamentis non facilè cędat, cõpacti. Quapropter diutiùs & efficaciùs attenuationes,& concoctiones in eis molimur, vt ſuperueniens medicamentum, temperatiorem, nec adeò rebellem inueniat materiã. In acutis raró, nec niſi in principijs,
Apho. 24. lib. 1. medicinis purgantibus vtimur,& hoc cum pręmeditatione facimus. Satiusque hodiè eſſe ducimus
Apho. 20. lib. 1. blandioribus medicamentis in his vti. In vigore tamen non purgamus. Quòd, quæ iudicantur & iudicata

iudicata ſunt integrè,neque mouere, neq; nouare aliquid ſiue medicamentis,ſiue aliter irritãdo, ſed ſinere,præcipiat Hippocrates,de acutis agens. Nã in longis tenaci materia præditis, & vigorem plurium dierum habentibus,purgare circa iudicationes nihil prohibet, modo ne in ſummum vigorẽ, qui criſim iam elaboret, incidas. Sed ſi iudicatio integrè facta non ſit, in declinatione ea quæ relinquuntur audacter purgabis,tam in acutis,quàm in diuturnis,vt recidiuas prohibeas. Quæ.n.relinquũtur in morbis,niſi vacuentur, recidiuas facere ſolent. In morborum intermittentium acceſsionibus medicamentum purgans non dabis: ſed expectabis diem quietis. Potiones & bolos hora quarta,aut quinta,aut ſexta,mane exhibebis: catapotia verò, concocta cœna,circa mediam noctem,cauẽdo à ſomno poſtquàm vacuatio fieri cœperit. Explorandæ etiam medicamentorum, quæ habueris ad manum, facultates: ne torminoſis, & nauſeabundis agaricum officinarum propines, quem flatulentum,& vomitorium eſſe intellexeris. Neve diacrydion, colocynthidem, elaterium, turbith, queq; acribus his conflata ſunt: vbi venarum apertio,aut eroſio ægrotantem infeſtauerit. Ad quorũ exemplum cetera quoque vſurpari debẽt,ne cum vna facultate proſint,altera difficiliores noxas pariant. Seligenda itaque maximè tuta remedia,aut ea ipſa quæ noxa non carent,modis omnibus caſtiganda, ac frænanda, ne benefaciendo etiam æquè noceant. Aromatis autem ita caſtigantur, vt nulla re magis naturam aduerſus medicamenti vim noxiam

xiam pugnare exiſtimes. Addunt, in morbis qui pręcipites occaſiones non habent, admittendos propitios aſtrorum influxus: de quibus alibi diximus. Sumendum autem purgans medicamentum calidum: non tepidum, aut frigidum. Quòd tepida omnia vires exoluant: frigida verò ſolidas partes offendant, & medicamenti potentiam in actũ citò deduci prohibeant. Calida verò, vires (quę in calido conſiſtunt) recreant, & medicamenti facultatem citò de potentia in actum reducunt. Nauſeam parit omne ferè medicamentum. Quod nè euomatur, ſaccharum roſatum tabulatum, aut cydoniati buccellam ſuperingeres: nares etiam obſtrues, ne odor in altum penetret: os vino odorato collues, aut corticem citrici, aliùdve quod medicamenti ſaporem ſuauitate obſcuret, mandendum prębebis: Panem aſſum aceto maceratum naribus admouebis: calidis pannis ventriculum fouebis. Ad quæ etiam conferet os ventriculi ante medicamenti ſumptionem maſticino, & melino roborare: præſertim ſi vẽtriculus anteà vomitionibus infeſtaretur. Sunt qui ſomnum poſt ſumptum fortè medicamẽtũ concedunt: ſunt qui prohibẽt. Mea quidem ſententia ſatiùs eſt vigilare: quòd ſomnus, dũ medicamẽtũ in corpore humores mouet, & vaporibus partes omnes implentur, nõ ſine labore fit: Idemque accidere ſoleat quod in febriũ acceſsionibus: In quibus mota ſponte materia vniuerſum corpus, & præcipuè caput vaporibus obruit. Quibus per ſomnũ multiplicatis, laborioſè, ac cũ maxima perturbatione ſe obdormiiſſe

ægri

ægri fatentur. Qđ & à vaporibus medicamenti actione ſuſcitatis accidiſſe tibi dicent, quicunq; ab eius aſſumptione dormierunt. In blandis medicamẽtis alia eſt ratio. Cùm.n.tardiùs operentur, tardiùs etiã vapores illos mouẽt: vt interim dũ nihil agũt, ſomno locus ſit, q̃ ad fouẽdũ qđ calore natiuo diſponat medicamẽtũ, plrimũ cõferat. Ab epoto medicamẽto valido, nihil dabis: niſi os vẽtriculi ſenſile, ac imbecillũ ſit, & ſimul medicamẽtũ acre, & vehemẽs. Ad cõtẽperãdã.n. acrimoniã, & tergẽdas medicamẽti portiunculas quę gulę & ſtomacho adhęſiſſent, ptiſanæ cremorem ſuperingerebat Hippocrates. A calore, & frigore, & vento cauendũ. Abſoluta verò purgatione, nõ copioſo, ſed mediocri, & boni ſucci alimento, humido potius quàm ſicco corpus reficiendum. At ſi tardiùs quàm expectaretur, purgatio ſuccedat, tunc motione, & inãbulatione medicamenti vis accelerabitur, modo ea ſit morbi natura, quæ ſine virium offenſa illud patiatur. Quod in helleboro, vehementiſsimo remedio, facere conſuluit Hippocrates Aph. 14. & 15. li. 4. Si nihil omnino educatur, & medicamẽtũ actione ſua fruſtrari videatur, glãdẽ ſuppones, vel clyſterũ mollientẽ inijcies. Sin contrà accidat, vt immodica purgatione vexetur ęger, ſomnum, quietemq; adhibebis: vel cibum ſolidiorẽ ingeres: cydoniatũ, aliaq; adſtringẽtia dabis: cæteraq;, quæ ad alui profluuia deſtinata ſunt, in mediũ adduces. Alioqui deiectiones nõ multitudine æſtimandę ſunt, ſed ſi talia deijciant qualia cõueniũt, & ægri facilè tolerãt. Quod accidit, vbi vitio-

Aph. 14. & 15. li. 4.

App. 25 lib. 1.

vitioſi, & qui corpus infeſtant, humores euacuan-
tur, vtiles autẽ in corpore retinentur. Cuius rei ſi-
gnum eſt, ꝙ ægri facilè tolerant. Nam ſi vtilia edu
cuntur, & retinẽtur noxia, difficulter ferunt. Quo
modo autem laudabilia excrementa dignoſcere-
mus, docuit Hippocrates in prędictionibus: com-
Apho. 14. pendioſius vero lib. 2. Aphoriſmorum dicens: in
& Gal. in profluuijs alui, mutationes excrementorũ iuuant,
comm. niſi ad mala mutatio fiat. Nã mutationes illæ quæ
Apho. 21. multis formis variantur, exquiſitiùs corpus expur
& Gal. gant, niſi adſint ſigna colliquationis, aut putredi-
nis: de quibus dixit in prædictionibus, vbi & pin-
guium, & fœtidorum, ac malè olentium meminit
excrementorum. Sed vacuationum quæ ſponte na-
turæ fiunt, & quæ medicamento tentantur, diſcri-
men aliud aſsignat libro 4. Deiectiones nigrę, qua-
lis eſt ſanguis niger, ſponte venientes, & cum fe-
bre, & ſine febre, peſsimæ: & quantò colores ma-
gis praui fuerint plures, peius. Cum medicamen-
to verò, meliùs: & quò plures colores fuerint, mi
nùs praui. Sic quidem multi deiectionum colores
ſponte euacuati, multarum atque malarum diſpo-
ſitionum ſunt ſigna. A medicamento autem ducti
vim habente plures humorum ſpecies euacuare,
nihil abſurdum ſignificant. Ergo cùm ea quæ pur
gari oportebat, talia ac tanta, qualia ac quanta con
ueniebat, purgata fuerint: lotorium, quod & me-
dicamenti, & humorum reliquias abluat, & abſter
gat, ante alium cibum exhibent noſtri temporis
medici. Quod vel ex tenui iure pulli ſaccharato,
vel cicerum arietinorum decocto parare ſolent.

Nec

Nec deſunt qui clyſterem abſterſorium ex deco-ĉto hordei,& melle roſato, vel ſaccharo ſordido, inijciũt: vt inteſtina à medicamẽti,& noxij humoris reliquijs vindicent. Quod in acribus, & erodẽtibus medicamẽtis laudamus. Sic enim ſtomachi vellicationes,& inteſtinorum ulcerationes ꝓlotorium, & clyſterem prohibemus. Sed ne Galenus ſcrupulum moueat, qui toties in inflãmationibus, & omnibus morborum collectionibus purgationes interdixit,& tamen ipſe in pleuritide purgauit primo,& ſecundo,& tertio,& quarto die: notandum firmatis in parte aliqua humoribus purgationem non deberi. Sed ſi partim firmati ſint, partim etiam adhuc aliundè ad partem fluant (quod per initia in pleuritide, & omni inflammatione accidit) fluentibus adhuc humoribus purgationem vtiliter adhibemus: quæ firmatis,& in parte collectis inutilis dici poteſt. Neq; ergo firmatorum, & in parte hærentium humorum gratia, ſed aliùndè ad partem fluentium cauſa, purgatio in inflammationibus, cæteriſque morborum collectionibus exhibetur. Nam ubi nihil ampliùs influit, neque influxurum ſperatur, temerè adhibetur. Sed & an ea in ſuperiorum coſtarum,& pulmonis affectibus, qui per arteriam expurgari debent, conueniat, meritò dubitatur. Verentur enim in his Hippocrates, & Galenus,& Paulus, alui ductiones, cùm per ſuperiora materia educi debeat. Per ſuperiora autẽ ducere uolentes, aluum ſiſtere debemus: vt prȩcepit Hippocrates aph.74.lib.7. Atqui Galenus in pleuritide ſe purgãtibus medicamentis vſum fatetur.

Quod

Quod fortaſſe fecit in eo qui ſanguinis detrectationē recuſauerat; aut in pleuritide quæ infernas, verſus diaphragma, partes infeſtabat. In qua, purgatione inferna vacuare iubet Hippocrates. Verú
1. vict. acut. cum nihil in medicina perpetuum ſit, ſed pro indicationum multitudine ac dignitate omnia varianda ſint, non mirùm ſi aliquando in pulmonis affectibus purgationi locus detur: vel ob plenitudinē, vel cacochymiam, vel nouos humorum defluxus, qui & vacuari, & per aluum auerti poſtulēt. Quod tn̄ adeò frequens non eſt, vt ad coniungendam venæ ſectioni purgationem nos ſemper inuitare debeat. Nam ferè ſola venæ ſectio ibi ſatisfacit. In dyſenteria verò, cæteriſq; alui profluuijs, & teneſmo, an purgabimus? Nam veteres in his de adſtrictione multa dicentes, de purgatione ne verbum
13. Meth. quidem fecerunt. Imò Galenus cùm uel circa ſedem, inteſtina, aut ventrem, uel aliquam huic vicinam partem initium phlegmones ſit, aluum deijcere prohibet: longiſsimè à parte fluxione tentata auellere, nequaquàm ad eam trahere præcipiens. Attrahi autem ad partem per quam fit vacuatio, in confeſſo eſt. Quapropter neque in teneſmo (qui ſedis phlegmone eſt) neque in dyſenteria, quæ inteſtina fluxione, vlceratione, necnon inflammatione pertentat, inferna hæc purgatio cōferre poteſt: Neque in cæteris alui profluuijs, quæ uentrem, & inteſtina fluxione moleſtant. Quod ſi fluentis humoris plenitudo adſit, vacuationem quidem requiret: ſed per aliam partem, quæ aut reuellat, aut deriuet: non quæ ad locum affectum attrahat. Et re-

uellere quidem poterit vomitus,atq; etiā ſuperiorum venarum inciſio:deriuare, quæcunq; per vrinas materiam euocant. Sed deriuatiò hæc minor eſt quàm vt plenitudini ſatisfacere poſsit. Quare aut uenæ ſectione,aut uomitu,tum uacuanda,tum auertenda materia. At uomitum non omnes tolerant:neque in omnibus admittitur venæ ſectio:& tñ reſtat cui primùm mederi debeamus,fluẽtis humoris plenitudo. Qua permanente, morbus fieri nunquàm deſinet.Hanc autem ſi neq; uenę ſectione,neq; uomitu uacuare licet, nulla alia uia quàm per aluum expurgare queas. Sic ſanè non tam artis ordine, quàm neceſsitate ad purgantia per aluum medicamenta peruenire fas eſt. Sed uitanda in his, quæcunq; pungentem & acrem uim poſsident: ſeligenda, quæ adſtrictionem ui purgatrici coniunctam habeãt,ut tamarindi,myrobalani, & Rhabarbarum neq; infuſum, neque torrefactum, ſed tritum,& vt uocant,in ſubſtantia.In dyſenteria,& teneſmo,tamarindi,&myrobalani magis cõferunt:q̄m unà cum purgationis beneficio,nõ ſolum adſtringunt,verùm etiam pungentis atque ulcerantis materiæ feruorem atque acrimoniam reprimunt,ac extinguunt. Rhabarbarum,meo quidem iudicio,in dyſenterico fluxu, torrere ſuperuacaneum eſt.Quam.n.morbus requirit,naturalẽ & efficacem habet adſtrictionẽ, & exſiccationẽ, ui purgatrici coniunctam.Pręterea,in torrendo ſi modum exceſſeris, non ſolùm remittes medicamentum,uerùmetiā purgatoria facultate penitiùs deſtitues. Exhauritur enim ui ignis illa facultas

Rhab.torref.

niſi

niſi certo gradu conſtiteris: quod paucis contingit, Cumq; modum attigeris, vix efficies (quod expertus ſum, & unicuique experiri licet) quin medicamentum vſtione acrimoniam acquirat, p̃ſertim in partibus exterioribus internis vix igne ſentientibus. Acrimonia autem vellicantur inteſtina, & vlcerationes, ac dolores augentur. Tutiùs itaq; agetur ſi rhabarbarum ipſum contritum, citra vſtionem exhibueris. Conſtat enim ſubſtantia quadam terrea ſtyptica, quæ purgandi facultatem reprimat, interdum etiam in totum prohibeat. Qua de cauſa infundi p̃cipitur, ut abiecto poſt expreſſionem terreſtri & adſtrictorio, uis purgatoria in liquore manens propinetur. Dantur autem purgátia medicamenta, vomitoria quidẽ magna ex parte in potu, præcedente etiam uictu humido, & qete, Deiectoria alia, in bolo, in potu, in tabellis, in pilulis, in forma opiatæ, in tragea ſeu puluere. Sed epota celeriùs operantur, & parua mora minùs officiunt. E capite magis trahunt catapotia. Cætera ad uoluptatem (niſi opiatas excipias) excogitata ſunt. Sed de his ſatis. Supereſt vt de cæteris vacuationibus, quæ interdum uniuerſales dicuntur, aliquid dicamus. Sunt enim hæ menſtruæ purgationes, hæmorrhoides, vrinæ excretiones, ſudores, & continuata inedia. quæ tamen per accidens vacuat. Hæc inter particulares vacuationes referuntur. Sed interdùm è toto corpore uacuant, idque naturę magis, quàm artis impulſu. Nã rarò accidit ut mulieres extra ſuas purgationes, per medicamenta ad tantum menſium profluuium deducan-

ducantur, vt uniuerſum corpus inde ſatis uacuatum dici poſsit. Quod & de hæmorrhoidibus, & vrinę excretione iudicare licet. Via decretoria, aut morboſa affectione id accidere ſæpe ſolet. In ſudoribus uerò, & per motum decretorium, & per morboſas qualitates, & per medicamētorum efficaciam uniuerſales uacuationes ſpectare prōptū eſt. Nā medicamentis ad id idoneis hodie utimur ligno Indico, chyna, ſarza parilla, & ſimilibus, quibus ab omnibus corporis partibus humor elicitur: ſeroſus tamen & tenuis, non autem craſsior, qualis qui purgantibus medicamentis elicitur. Quod differentiam inter hæc & illa maximā conſtituit: vt purgantia verè generalia dici debeāt: cætera uniuerſalia quidem, ſed ſi ad humoris naturā reſpicias, longè inferiora, & quaſi particularia. In cæteris, particulares magis quàm uniuerſales uacuationes facere dicuntur, tum menſtruæ purgationes, tum hæmorrhoides, tū urinæ excretiones, ſudores, & inedia, ut capite nono docebitur.

DE REVVLSIONE. Cap. VII.

REVELLVNT, quęcunq; uacuant uniuerſaliter: ſicut ſanguinis detractio, & quæ medicamentis tentatur purgatio. Verùm cum nō tam auerſionis, quam plenioris uacuationis gratia ſuſcipiātur: meritò à reuulſione ſeparata ſunt: vt ſimul intelligatur per uniuerſales illas uacuationes (quas primarias auerſiones appellare licet) ad cæteras reuulſionum & deriuationum differē-

tias viam parari. Neque enim licet cucurbitulis, ſcarificationibus, frictionibus, alijsque huiuſmodi auerſionem tentare, priuſquàm vniuerſum corpus uacuatum fuerit. Conſequenter auerſionibus locus datur. Sed deriuationem præcedat reuulſio, niſi & illa cum generali uacuatione coniuncta ſit: vt cum in pleuritide uena brachij eiuſdem lateris ſecatur. Nam ſanguine detracto uacuatur uniuerſum corpus, & ſimul per uicinam & propinquam partem fit deriuatio fluentis materiæ. Eſt enim deriuatio, vacuatio ad latus propinquũ. Reuulſio uerò, ad partes longinquas: ſeruata ſemper rectitudine, & communitate cum parte affecta. De qua re ſpeciatim egimus capite quinto libri primi. Succis adhuc influentibus debetur hæc vacuatio. Cuius ueluti inſtrumenta ſunt, venæ ſectio; non ſolùm illa quæ pleniùs vacuat, ſed etiam quæ minùs detrahit, & tam particulares, quàm magnas uenas amplexatur: vomitus, purgatio per áluum, & generalis illa de qua dictum eſt, & particularis, quæ per balanos, & clyſteres operatur: cucurbitulæ, ſcarificationes, hirudines, veſicatoria, ſetones, vlcera arte facta, menſtruæ purgationes, hęmorrhoides, vrinæ excretiones, ſudores, frictiones, fomenta calorifica, ligaturæ dolorificæ, inſenſiles tranſpirationes. De venæ ſectione quæ vniuerſaliter uacuat, & ſæpè ſimul reuellit, capite tertio diximus. Particularis altera, interdùm magnas venas, interdum particulares & exiguas, quales quæ in naribus, fronte, mento (quas partibus poſterioribus affectis, reuellendi ad anteriores gratia, incidimus) amplexatur.

Venæ ſectio.

Huius

Huius generis ſunt, & quæ circa medium digitum ſiniſtræ manus à liene retrahit: quæq; poſt aures ſunt, vt altera affecta, è venis alterius ſanguinem mittendo, reuellas: & quæ in partibus inferioribus inciduntur, vt à ſuperioribus fiat retractio. De vomitu, & uniuerſali purgatione quæ medicamentis per aluũ ducẽtibus efficitur, proximè dictũ eſt: & de balanis facilioribus, & clyſteribus molliẽtibus capite ſecundo huius libri. Verũ hæc mitiora ſunt quam vt ex longinquo trahere poſsint: niſi forte auertendi uomitus gratia adhibeantur. Itaq; acrioribus opus eſt tum balanis, tum clyſteribus, ſi efficacem illam attractionem facere ſtudes. Ad quod opus balanos conficiunt melle, ſale gẽmeo, & hiera picra, aut colocyntide, aut felle taurino: vel radicibus bryoniæ, aut cyclamini, felle taurino imbutis. Clyſteres verò, decocto foliorum cucumeris agreſtis, lauri, ruthę, betonicæ, vrticæ, mercurialis, betę, ſãbuci, mici, polypodij quercini. In quo diſſoluuntur diaphenicũ, confectio hamech, benedicta laxatiua, mel anthoſatum, mercuriale, geniſtatũ, cũ oleis anethi, ruthæ, ſambuci, & ſimilibus: addito ẽt ſale gẽmeo. Ita.n. à capite retrahent. Quod valentiùs ẽt faciẽt, ſi colocynthidẽ, turbith, ricinũ, & ſimilia addideris, Cucurbitulas leues, hoc eſt ſine ſcarificatione, mãmis apponimus, menſes cohibere volẽtes: & hypochõdrijs, ſanguine è naribus ſupra modũ fluente: & ſupra vmbilicũ, vtero ad inferna collabẽte: & infra vmbilicum, uomitu infeſtãte: circa pubẽ in ſtrãgulatione uteri: & occipiti, partib⁹ capitis anterioribus affectis, & inguinibus,

Vomitus, & inferna purgatio.

Balani acres.

Clyſteres acres.

Apho. 50. lib. 5.

Cucurbitulæ.

 alis,

alis,& poſt aures,cùm ab internis ad exteriora attractionem molimur. In quibus locis ſcarificatio (niſi venenoſa adſit qualitas) nō adhibetur. In cęteris partibus,& leues,& cū ſcarificatione auertendi gratia,admouētur:præſertim ſcapulis, natibus, coxis,fœmori,cruribus. Leues attrahunt quidem, ſed humorem attractum non uacuant, ſed ſpiritū tantum,& flatus. Scarificatio verò & attractū humorem uacuat,& nouum ex alto tanquam riuulo diducit. Confert plurimum oculis fluxione laborantibus,ſcapulis adhibita: & capiti,thoraci,& ſtomacho affectis,ſi cruribus etiā adhibeatur: & dorſo ſi natibus,aut coxis. In quibus uerò aliam ſanguinis detractionē ueremur,in ijs crura, tanquàm ignobiliora, ſcarificare iubet Galenus. Atque in pueris,in grauidis,in ſenibus, in morbo longo fractis,aut acuto proſtratis,quando alio præſidio uti non licet, optimum eſt remedium, citra uirium, aut caloris natiui iacturam uacuationem faciens.

Scarificatio.

Lib. de ſcarif.

Hirudines.

Hirudines quoque reuellunt,præſertim in mania, & confirmata in cerebro melancholia, ſi hæmorrhoidibus applicentur. Quarum exemplo nōnulli pediculos ſummitati uirgæ impoſuerunt, ut facto irritamento,urinam ex alto traherent. At ſimplices à parte affecta uacuationes,magis quàm ad reuulſiones adhibentur hirudines. Quanquā,ſi quis eas poſt ſcarificationem cucurbitularum loco appoſuerit, haud pœnitendam auerſionem feciſſe uidebitur. Harum uſum capite nono docebimus. Veſicas,& ampullas excitant erodentia medicamenta. Quæ ſanè occipiti admota ſufficien-

Veſicatoria.

ter auertunt ab anterioribus, dum veſica aperta, ſeroſum humorem effluere ſinimus. Id hodie cātharidibus, fermento & aceto concorporatis, faciunt medici nulla ferè ægri moleſtia. In his qui ſcarificationes uerentur, ſoleo ego poſt cucurbitularū appoſitionem, veſicatorio attractum humorē uacuare. Omnibus ferè partibus qui & cucurbitulæ, conuenit id remedij genus. Setonem in oculorum fluxionibus occipiti apponimus: quem duobus aut tribus menſibus, purgata ſemper, quæ effluit, ſeroſitate, ferat æger. Faciei vitijs conuenit: cæteris quoq; partibus accommodari poteſt, facta in contrarium retractione. Ferro, & igne, & cauſticis medicamentis (inter quæ primas tenet arſenicum ſublimatum: ſed & argentum viuum ſublimatum ſatisfacit, cum vnguento populeo & lapide hæmatite admotū) vlcera excitamus: quæ diu aperta tenemus, ut per ea ſponte fluens humor, ſuperiorum locorum materiam vacuet, & reuellat. Sic capite affecto, humeris, brachijs, fęmori, aut tibijs inducta vlcera plurimùm profuiſſe compertū eſt. Quod & oībus partibus ſuperioribus cōuenit, ſi in inferioribus ulcus excitetur. Nā inferioribus affectis, ulcus in ſuperioribus nihil magnū operatur. Mēſtrua à ſuperioribus reuellunt. Mulieri ſanguinem uomenti, menſes ſuperuenietes remedio ſunt, ait Hippocrates. Quod ēt ſanguinem ſpuentibus, & è naribus profluuijs confert: oculos etiā inflammatos, & faciei ruborem iuuat, & colorem emendat. Quomodo autem & quibus remedijs menſes euocētur, capite nono monſtrabitur: ſicut

Seto.

Vlcera arte facta.

Menſtrua

Apho. 32. lib. 5.

Hęmorrhoides. & de hæmorroidibus, quæ ad auertendos ſanguinis vomitus, ſputa, & profluuia conducunt: præcipuè verò maniam curant, & ſanguinem melãcholicum à capite & venis fluendo auertunt, & renes iuuant. Pleuritidi etiam, & pulmonũ affectibus, & corporis vitijs conferũt, dicẽte in Epidemijs Hippocrate, Quibus hæmorrhoides profluũt, ij neque pleuritide, neque pulmonis inflammatione, neque phagedena, neq; furunculis, neq; terminthis, neq; lepra, neque vitiliginibus albis corripiuntur. Statis autem, conſuetiſque fluere temporibus, tum menſes, tum hæmorrhoides aperiendæ: ne fruſtra ludas operam, dum medicamentis naturam importune cogis, & ab ordinatis conſuetiſquè muneribus ad inordinatos reuocare contendis. Quod citra corporis, & virium offenſam fieri non poteſt.

Apho. 11. & 21. li. 6.

li. 6. ſec. 3.

Vrinę excretio. Vrina plerunque motu naturæ tanta erumpit, vt vniuerſum corpus vacuet, nec alijs vacuationibus vllum relinquat locum. Quo modo pleniſsimè reuellit. Sed particulariter hoc etiam agit vi medicamenti, cùm qui ad pectus, aut ſtomachum defluit humor, ad vrinæ vias deducitur: & qui artus occupant dolores, hac vacuatione ſanantur. Iecoris gibba his quoq; ab obſtructione liberantur. Nam caua, per aluum magis expurgari poſtulant. Quę vrinas mouent, capite nono dicentur.

Sudores. Sudores, ab interioribus ad exteriora reuellunt, & pleniſsimè vacuant. De his etiam inter particulares vacuationes dicturi ſumus capite nono: ſicut & de frictionibus,

Frictiones. fomentis calorificis, & inſenſilibus tranſpirationibus, necnon de apophlegmatiſmis, errhinis,

alijſque

aliijſque particularibus vacuationibus : quæ interdùm reuellere,interdum deriuare vidētur. Reuellere quidem,cùm contrarijs & lōginquis partibus admota,fluxionem auertunt:deriuare,cùm ad partes propinquas quod influxit trahunt : prout capite quinto libri primi oſtenſum eſt. Sed de ligaturis quid dicemus? Neque enim vacuare videntur. Et Scribonius, in vtre, humorē per inferiorem ligaturam ad ſuperna impelli oſtendit, & per ſuperiorem ad inferna. Quod inutiles,imò noxias ligaturas eſſe probat. Sed dolorificas has præcipit Galenus, vt dolore (qui cucurbitulę trahentis vim habet) ad locum conſtrictum attrahant.

Fomenta. Trāſpiratio. Ligaturis.

DE DERIVATIONE. Cap. VIII.

DERIVARE tunc dicimur, cùm non fluētem materiam, ſed quæ iam modo influxit, nondum tamen firmiter impacta eſt, ad latus particulæ affectæ trahimus. Quod ſæpè vniuerſali uacuatione, ſępè etiā reuulſione facere videmur. Sed nihil prohibet idem & generalis vacuationis, & reuulſionis, atq; ēt deriuationis ſubire naturā & nomen. Hoc tamen in pluribus diſtinctionem habet. Nam præter vniuerſales venæ ſectionis, & purgantium medicamentorum actiones, Apophlegmatiſmi è naribus, & auribus deriuant: & errhina ab auribus, ore, & palato. ambo ēt è cerebro, niſi hoc vacuationem à parte affectā nomines. Horum materiam capite proximò tractabimus. Deriuant è ſyn

cipite, uenæ narium, & aurium apertæ: & cucurbitulæ poſt aures, aut occipiti affixæ: & ſetones poſt aures: atque in his hirudines, veſicatoria, & ulcera ante facta, modo quo in reuulſione diximus. Deriuat è pectore & pulmone, proximi brachij uena aliqua inciſa, ſed præcipuè interna. Ex liene, clyſter non adeò acris, & menſes, atque hæmorrhoides. Ex iecoris gibba, vrina & ſudor: ex caua clyſter, aut catharticum: ex utraq; parte, menſtrua, & hæmorrhoides. Ex uentriculo & inteſtinis, vrina, menſes, hæmorrhoides. De quibus capite quinto libri primi ſatis egimus, ut repetitione opus non ſit. Tria tamen in deriuatione obſeruanda ſunt: Primùm ut reuulſionem ſemper præmittas: excepta ea, quæ cum uniuerſali uacuatione unà fit. Nã quod pleniùs euacuat, ſi etiã deriuat, pro duplici gratia habendum eſt: ſi ẽt reuellat, pro triplici: ſi cum hoc à parte uacuet, pro quadruplici. Qua ratione venæ ſectio è brachio lateris affecti, in pleuritide maximè cõmendatur: ꝙ pleniſsimè uacuet: ꝙ ab internis ad externa trahat: ꝙ ad partem propinquam deriuet: ꝙ uelut à parte ipſa affecta uacuet, cuius rei ſignum eſt ſanguis, qui purulentus, & putris, educitur. Alterũ, ut fluentibus adhuc humoribus non adhibeatur, ſi ſolùm, ac ſimpliciter deriuet, ne illis iuxta partẽ affectã paretur aditus. Tertium, ut humoribus partem ipſam iam obſidẽtibus, ſed nuper fluere ceſſantibus, admoueatᷣ: non aũt diu impactis, & pertinaciter hęrẽtibus, quibus particularis, hoc eſt à parte affecta, uacuatio debetur. Semper autem ad latus affectæ particulæ, & in propin-

propinquo, deriuatio facienda: ſicut reuulſio ad contraria, & longinqua. Sed reuulſionum multi modi adhiberi poſſunt: Deriuationum vnus, aut alter ſæpè ſatisfacit. Harum inſtrumenta eadem fere quæ reuulſionum eſſe poſſunt. Sed hanc materiam libro primo diſtinctè tractauimus, ſumpta occaſione ex poſitura ſituve partium, ac harum ſocietate cum cæteris.

DE SIMPLICI A PARTE affecta vacuatione. Cap. IX.

VBI vniuerſum corpus vacuatum eſt, & reuulſionibus quod influebat diſtractum, ſimul etiã deriuationibus quod habere videbatur, aliò traductum eſt: confirmato iam, atque inueterato morbo, ipſaque reſtricta humorum fluxione, ſupereſt coniunctam impactamque materiam à particula affecta vacuare. Quod fit vel topicis digerentibus, trahentibus, & diſcutientibus: vel cucurbitula, ſcarificationibus, hirudinibus, ſectionibus, cauterijs, uel cauſticis medicamentis: vel alijs vacuationibus ſingulis partibus per ſua colatoria à natura deſtinatis, ut apophlegmatiſmis, & errhinis, ſternutationibus, illachrimationibus, & aurium mundatione, in capitis & cerebri malis: & tuſsi, & excreatione, in pectoris & pulmonum affectibus: & uomitu, in ſtomachi uitijs: & alui ductione, in ventris, & cauæ hepatis, malis: & urinæ excretionem, in ſimis hepatis, & renibus, & ueſica affectis: atque etiam hæmorrhoidibus, in

capitis

capitis,laterum, iecoris,lienis, & renum morbis: & mēſtruis,in vteri affectibus,& ſudoribus, in ijs qui circa cutem ſunt humoribus. In ſenſilem autem tranſpirationem iuuant topicis diſcutiētia: & præter hæc,balnea tum naturalia, tum artificialia: necnon exercitationes, & motus. Addunt inediā, ſomnum,venerem. De quibus omnibus ordine dicendum. Caput & cerebrum vacuant apophlegmatiſmi,& errhina: hæc quidem per nares,illi per palatum & os. Conſtant radicibus iridis, pyrethri, cyclamini, cucumeris agreſtis, ſcrophularię minoris,ellebori vtriuſque,zingibere,zedoaria, galanga,hyſſopo,thymo,origāo, pulegio,ſerpillo,folijs lauri virentibus,ſtaphiſagria,eruca,naſturtio, ſinapi,pipere,carpeſijs,cōdiſo, caryophyllis,nuce muſcata, aloë, agarico, turbith, colocynthidis medulla per multum tempus in aceto cocta, aut per longum tempus in vino macerata,ſeminibus iuniperi,cumini,erucæ,raphani,nigellæ, canthami,cardamomi,ſtaphiſagriæ, granis lauri,& granis paradiſi:præterea ammoniaco,lacca, maſtice, myrrha, caſtorio,ſalibus. Ex quibus apophlegmatiſmos ſolidiores melle aut cera in trochiſcorum formam redactos,aut per ſacculos his oppletos, parare licet:necnon gargariſmos horum loco. Sed & errhina ſolidiora, paruæ glandis oblongæ forma. Nam liquidiora,cūſtant ſuccis meliſſę, maioranę, betæ,braſsicæ,anagallidis,praſsij,iridis, hederæ, cyclamini,foliorum cucumeris agreſtis, peucedani,erucæ, thapſiæ,adiectis interdum chryſocolla, nitro,ſale gemmeo,& ammoniaco, ſulphure, ſapone,

Apophlegmatiſmi.

Errhina.

pone,agarico,elaterio,caſtorio,euphorbio, pyrethro,alijſq; apophlegmatiſmos cōſtituētibus. Spiritus autē in capite incluſi pellūtur ſternutatorijs: quæ pyrethro,cumino, caryofillis,eruca,pipere,cōdiſo,cū euphorbij & ellebori portiunculis, cōponuntur. Aures expurgāt ſucci,& decocta,apij, raphāi, ruthæ,abſinthij,foliorū lauri & cucumeris agreſtis,& ſylueſtris oleæ,cētaurij,porri,cepæ,colo cynthidis, amygdalarū amararū, nucleorū in perſicis & oliuis iuētorū:oleū amygdalarū amararū ad id vſitatum, oleū ex abſinthio, oleū nardinū, laurinū,ex cucumere agreſti,ſambucinū,è ſpica,laterinū paucū cæteris admixtū. Oculos lachrymationibus euacuāt, fumaria,rutha,anagallis,apiū,cepa,raphanus,acriáq; omnia naribus admota. Pulmones expurgāt,eligmata capite quinto enumerata:& althea,tuſsilago ſicca,glycyrrhiza, capillus veneris, bugloſſa,inula,braſsica,hyſſopū, praſsium, pulegiū,ſerpillū,poliū,ſcabioſa,pulmonaria, calamentū,originū,iris:zizipha,myxa,vuæ paſſæ, carycæ, dactyli,carpeſia,cappares,amydalæ dulces & amaræ, pineatū nuclei,piſtacea,porrū coctū, cepa cocta,mel,ſaccharum,oleum amygdalinum dulce, aqua violarum,tuſsilaginis,capilli veneris,hyſſopi, praſsij,ſcabioſæ, inulæ: Syrupus violatus, de iuiubis, de glycyrrhiza, oxymeli ſimplex, ſyrupus de hyſſopo, de praſsio, & oxymeli ſcylliticum. Adde aromata, & flores violarum, anthos, bugloſsi vtriuſque, ſtæcadis: & ſemina altheæ, goſsipij, fœnugræci: & diapenidium, diagragantum frigidum & calidum, diarim ſimplicem,

Oculos vacuantia.

Pulmones expurgantia.

plicem,& diairim Salomonis,diapraſsium , aliptā muſcatum,penidias,ſaccharum bugloſſatū, boraginatum,anthoſatum:mel uiolatum,roſatum, anthoſatū:cōſeruas uiolarū,capilli veneris,bugloſſę, boraginis,anthos,ſcabioſæ,inulæ : & trochiſcos è uiolis,& è gallia muſcata.Stomachum,uel ſpontina uomitione, vel leni vomitorio ab infeſtantibus humoribus vindicare promptum eſt.Sed ſi uomitum non facile tolerat æger,abſtergentibus primū vtemur,ut oxymelite,cum menta,hyſſopo,aromatis: deinde paratam materiam per aluum deducemus clyſtere,vel medicamento. Ventrem,clyſteribus, & medicamentis per aluum purgantibus euacuamus.Lien propinquiores uias non habet.Iecoris caua, per aluum commodiſsimè expurgantur : ſicut & gibba,per urinas. Renū etiā,& uiarum urinalium propria eſt quę per urinas fit uacuatio.Vrinas autem ducunt,radices,turiones & folia aſparagi,ruſci,graminis,fœniculi,petroſelini, apij,cappa ris,ſaxifragæ,Iridis,eryngij,ſatyrij, ſaxifragæ,camæpytheos,camedryos,altheę,filicis: Et agrimonia,millefolium,betonica,vrtica,inula, pimpinella,lupulus,capillares uocatæ,& anethum, pulegiū, ſerpillum:grana halicacabi, ſemina apij,fœniculi, petroſelini,ameos,dauci,amomi, carei, fraxini,aſparagi,hederæ,vrticæ,ſaxifragæ, milij ſolis,iuniperi,raphani,peucedani,naſturtij,erucæ, Cicer.Et ex compoſitis,ſyrupus acetoſus compoſitus, oxymeli ſimplex,& cōpoſitum, mulſa,oxyſaccarū cōpoſitū,ſyrupus byzātinus,ſyrupus capilli veneris, oxymeli ſcylliticū : diaſatyriū,dialacca,diacurcuma.

Stoma-chum uacuantia.

Ventrē & lienem:iecur & renes uacū.

Vrinas ducentia.

ma. Adde mel, & aromata: q̃ vehicula aliorum prõptiſsima eſſe ſolent. Sed in morbis calidis, contentus eſto aſparagis, cichorio, adiãcho, lupulo, filice, millefolio, granis halicacabi, ſeminibus melonũ & cucumeris à cortice non mundatis, myxis, & ziziphis: & oxymelite ſimplici, aut mulſa ex aquis cichorij, endiuiæ, aſparagi, adiãthi, filicis, lupuli. His parantur apozemata, & ſyrupi, & zulapia, quibus longè ante cibum mane exhibitis, arenulæ, tophi, craſsi humores, & putredines, è renibus, ueſica, & meatibus vrinarijs expellantur. Horum autẽ ea natura eſt, ut ſi nihil in quod agãt in renibus reperiatur, ex alijs partibus colligãt, & ad renes deducãt. Qua de cauſa renibus phlegmone laborãtibus, ijs abſtinemus: fluxionem verò aliò transferimus. In declinatione tñ, rupta inflammatione, mitiora ex illis quæ abſtergant, & renes à putredine & ſorde vindicent, propinamus. Ad liberandas obſtructione gibbas iecinoris partes, præcipuè conferunt, & ab utero, & uentre ægregiè deriuant, & reuellunt. Vtrumq;.n. præſtant. Vterum menſtruis purgationibus, particulari ac propria uacuatione liberamus: quæ tamẽ ad uniuerſum corpus ſpectat, cum uenas inaniat. Menſtrua ducunt ferè quæ urinas proritant, ſed peculiariter, radices & folia iridis, lilij albi, rubiæ maioris, Aſphodeli, centaurij utriuſque, ariſtolochiæ utriuſque, dictãni, eryngij, cyperi, mei, petroſelini, gentianę gariofilatæ, inulæ, valerianæ, coſti, bryoniæ, cyclamini: Et hyſſopum, anthemiſia, ſabina, matricaria, bethonica, chamædrys, Aſarũ, calamentum, caſſutha, ſerpillum, ſatu

13. Meth.

Vterum purgat.

Mẽſes mouentia.

A[illegible]

A[illegible]

reia: cappares, ficus in oleo amygdalarum dulciũ infuſæ. Semina aſparagi, iuniperi, ameos, amomi, dauci, peucedani, mei, nigellæ, petroſelini, ſileris. Et ex cõpoſitis ſyrupus byzantinus, è calamento, ex arthemiſia, è praſsio. Trochiſci de gallia muſcata, trochiſci de lacca, trochiſci de myrrha: Aurea alexandrina, athanaſia, triphera magna ſine opio, theriaca, mithridatium, diacalamentum, diacoſtũ, dialacca, diacurcuma. Sed præſtare dicuntur, caſſia lignea, cinnamomum, carpeſia, cariophylli, xylobalſamum, galanga, calamus aromaticus, ſpica nardi, ſchænatum crocum, cæteraq́; aromata, muſco, ambra, ſed potiſsimum zibbeto, vtero familiari, condita. Adde bezoum, ladanum, ammoniacum, bdellium, laccam, myrrham, ſtyracem, ſagapenum, opoponacum. Ex his fiunt apozemata, ſyrupi, catapotia, boli, pulueres, atque ex his potiones cum aquis ſtillatis vel decoctis, necnon electaria liquidiora, trochiſci. Sæpè etiam ſuffimenta, & peſsi, quæ vuluæ dormituris, & mane ſurgentibus adhibeantur. Nam cætera horis matutinis longè ante cibum dari debent. Fruſtra autem, nec ſine noxa, hæc alijs tẽporibus, quàm quibus menſes fluere conſueuerũt, adminiſtrantur. Grauidis autem ea dare temerarium eſt; cum ad fætus conſeruationem, & alimoniam, magna naturæ prouidentia, retineantur. Quod ſi mulieri in utero gerenti purgationes eant, impoſsibile eſt fœtum eſſe ſanum, ait Hippocrates. Signa autem grauidarum hæc dedit. Si mulieri ceſſent purgationes, neque febris, neque rigor ſuperueniat, & faſtidia incidant,

Apho. 60. lib. 5.

Apho. 61.

cidant, iudica ipſam in vtero habere. Si uolueris cognoſcere an conceperit mulier, cùm dormitura eſt, ei aquam mulſam crudam potandam da: & ſi alui tormina patietur concepit, ſi minùs, non concepit. Apho. 41. Sed plenam cibis eam eſſe vult, q vnà cum quiete, & mulſæ cruditate, ad torminum, quæ à flatibus proueniunt, generationem id conducat. De menſtruis etiam plura dix: libro quinto. Suffitus aromatum muliebria ducit: ſæpiùs verò ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatē. Apho. 28 Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus uenientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam. Apho. 36. A qua ad menſium prouocationem accedere licet. Si mulier quæ neque grauida eſt, neq; peperit, lac habet: huic menſtrua defecerunt. Apho. 39. Si menſtrua plura fiāt, accidunt morbi: etſi non fiant, ex utero morbi cō tingunt. Apho. 58 Verùm hic naturarum habenda eſt ratio. Nam mēſtrua humidis mulieribus diutiùs durant, ut ait in epidemijs. Si autem præter cōſuetudinem, ſimul etiam præter naturam nimis fluant, Lib. 6. ſectio 1. ſiſtenda ſunt: ne aut conuulſiones, aut animi defectus ex inanitione accidant, qui in fluxu muliebri peculiariter mali dicuntur Hippocrati lib. 5. aphoriſmorū. Apho. 57. Refrigeratur immodica vacuatione uterus, vnde flatuum multitudo colligitur, qui ſuffocationes & dolores pariant. Hæmorrhoides partim à uena caua, partim à porta ſanguinem fæculentum excipientes, iecur, & lienem expurgant. Aperiendæ cum intumuerint, uel aſpera frictione, uel admoto cyclamini ſucco, uel ſucco centaurij, anagallidis, raphani, folijs ficus, cepa, porro,

ſtaphi-

ſtaphiſagria, ſucco cucumeris agreſtis, amygdalis amaris, lupinis amaris, alumine liquido, pipere, medulla colocynthidis in oleo amygdalarũ amararũ macerata, ſtercore columbino, felle bubulo, nitro, aphronitro, hirudinibus, ſcalpello. Vniuerſo corpori confert hæc uacuatio: haud temerè tentanda, niſi uenæ illæ intumuerint. Nã medicamentis hęs euocare promptum non eſt, niſi aſsiduo cõtactu. Neq; verò id tutũ. Quòd cùm acria illa ſint, inflãmatione partes quibus diutiùs hæſerint, infeſtent. Hirudines tamen admouere licet ano, venis illis
6. epid. ſectio 3. non tumentibus. Quibus autem ſpõte profluunt, ij neq; pleuritide, neq; peripneumonia, neq; phagedæna, neq; furunculis, neq; terminthis, neq; le-
6 epid. ſectio. 5. pra, neque vitiliginibus corripiuntur. Ab atra bile etiam liberant, eo quod per eas ſimile profluat. Succe
Apho. 11. lib. 6. dentes etiam melancholicis, & renum morbo laboratibus, bonum ſignificant. Inſaniam etiam ſol-
Apho. 25. uunt, ſi inſanientibus ſuperuenerint. Caueant autem qui cum hac vacuatione ſani eſſe conſueuerunt, ne intempeſtiuè illas ſupprimant: dicente in
Lect. 3. epidemijs Hippocrate, Multi intempeſtiuè ab hæmorrhoidibus ſanati, prædictis morbis mox correpti ſunt, qui fuerunt pernicioſi. Et libro ſexto a-
Aph. 12. phoriſmorum, A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire. Videntur enim datæ à natura in purgationem, non in morbum. Vitandum tamen immodicum harum profluuium: ne quod in omnium uacuationum exceſſu accidit, vniuerſum corpus, & præcipuè iecur refrigeratum,

rarum, aquam inter cutem contrahat, & viribus, atque alimento deſtitutæ partes contabeſcant. Sudores, & ſi vniuerſaliter vacuant, tamen quia particulariter etiã cutis, & ſubiectæ carnis vitijs deſtinati ſunt, inter particulares vacuationes hic enumerãt. Si itaque vel ſcabies, vel humor poros obſtruens, vel vlcera malemorigerata in cute & ſubiecta carne extiterint, ſi nodi, ſi dolores in articulis, ſi pruritus per totã cutẽ, ad ſudorem eliciẽdum nos conuertemus. Sic enim diſcutietur, & diſsipabitur qđ circa cutem adhærebit. Id autem primùm efficies vehemẽtibus crebriſque motionibus & exercitijs. Deinde frictionibus nõ mollibus, neque duris, ſed mediocribus, & frequentibus: quas vel calidis manib⁹, vel linteis calidis admouebis. Tertio, fomentis, calorificis, humidis, & ſiccis, ſed aſsiduis. Sicca, hordeo cõſtant, & milio, & furfure, frixis, & in lineum vel laneum ſacculum coniectis: Quibus & arenam, & ſalem, & lateres, æra, ferrumque interdum addimus. Humida, ijſdem aqua calida, vel decocto conueniente, aut oleo madefactis, parari poſſunt: ſed præcipuè conſtant oleo calido, aut aqua calida quibus vtrem, aut vaſculum, aut veſicã impleas. Humidiora ſunt, quæ lana, aut ſpongia molli, in aquam calidam, vel decoctum herbarum aliarumque rerum idonearum, aut in oleum chamæmelinum, anethinum, ſambucinum, è meliloto, lirinum immerſi, admouentur. Quarto, inunctionibus cutis, ex oleo in quo inſperſum fuerit vel chamæmelum aridum, tritumque; vel calamintha, vel ſeſeli, pyretrum, aniſum, vel

Per exercitatiões.

Per frictiones.

Per fomẽta.

Per inunctiones.

nitrum toſtum nõ omnino tenue: vel flos ſalis. Ad quod etiam facit liquor cyrenaicus aqua dilutus, & corpori infricatus. In lue venerea, argẽtum viuum cæteris diſcutientibus commiſcemus, magno ſudorum impetu, & ad penitiſsima ingreſſu, nõ ſine mẽbrorũ tabe. Quinto ſuffitibus ex cinnabari in lue venerea: aut pyrite, aut molari lapide, in tendonum ſcirrhis, affuſo candentibus his aceto, vel decocto ligni Indici, vel aqua vini. De quibus diximus in Parthenopæa. Ad quorum exẽplum ex mitioribus ſuffitus parari poſſunt: ad ſudorẽ in morbis leuioribus excitandum vtiliſsimi. Quomodo mulierculę, per artemiſiæ, ſabinæ, & thuris fumum in lecto iacentibus (eleuatis tamen per circulos quoſdam vtrinque operimentis) copioſum humorẽ eliciunt: capite extra operimẽta à vapore libero. Sexto, Ceratis, & emplaſtris ſpinæ ſecundum huius longitudinem & latitudinem, nec non brachijs, & tibijs admotis. Sic enim & incedentibus, & quieſcentibus ſudor euocatur in lue venerea, per ea quę argentum viuum, cinabarim, & euphorbiũ recipiũt. Quibus omiſsis, cæteris quoque rarefacientibus cerata & emplaſta componere potes; quæ dictis partibus admota, ſufficienter ſudores eliciant in morbis leuioribus. Hæc tamen vix adhibentur. Septimo loco veniunt ablutiones cum aquis decoctionis mercurij ſublimati: de quibus in lue parthenopæa copioſè diximus. Verùm his in ſcabie aliundè contracta aliquando vſus ſum facili ſucceſſu: cum cæteris remedijs medici nihil profeciſſent. Octauo loco conſideranda quæ ad hanc intentionẽ ebi-

Per ſuffitus.

Per cerata & emplaſtra.

Per ablutiones.

buntur. Videlicet calamintha cũ mulſa, ſerpillũ cũ mulſa: Liquor cyrenaicus ciceris magnitudine epotus. Efficaciter autẽ ad id faciũt decoctũ ligni Indici, qđ guaiacũ, & ſanctũ appellãt: Et chynę decoctũ, gracilioribus, & morbo extenuatis idoneũ: Et ſarza parilla, chynæ viribus haud diſsimilis. Addunt radicem ἀπῖκ, à chyna diuerſam, vt alibi demonſtrauimus. Sed & tormentillam cum caſsia lignea, & ſchænantho, ad id efficacem eſſe contendunt: necnon radices cannarum noſtratium, cum calamo aromatico, & ſchænantho: & ramenta iuniperi, fraxini, citri, cupreſſi, thedæ, terebinthi, cedri, ebeni: & radices, atq; herbas multas, & aquas ſtillatas, de quibus in parthenopæa tractauimus.

Nono loco ſint balnea ſicca, & humida. Sicca, laconica teſtudine, & fornice concamerato frequentia in ædibus priuatis, imitatione quadam, in cupa parãtur, & ſub papilione: ſiccis vaporibus è calidis lapidibus reſultantibus. Humida: vel aquis naturalibus actu quidem humidis, ſed facultate ſiccantibus, vt pote metallicis, & ſuphureis: vel aquis dulcibus arte in neceſſarium vſum reductis, conſtituuntur. Vnde hæc artificialia dicuntur: illa naturalia, ꝙ ſponte proueniant, ac naturaliter calida ſcaturiant. Balneum aquarum dulcium, tepidum humectat, & reſoluto calido ſpiritu ac vapore refrigerat; calidum omnino calefacit: ſed pro caliditatis gradibus intentiùs, vel remiſsiùs. Hoc etiã humectat, ſi in calido modũ nõ exceſſerint. Balneorũ naturaliũ alia eſt ratio: Omnia enim ſiccant, vt pote metallicis imbuta. Quædam verò purgant: vt quæ

Per balnea.

 ſul-

ſulphure, nitro, & ære conſtant. Quædam ſolum diſcutiunt aut vrinas mouent, & lauacro ſudores eliciunt: nempe quæ ſulphuris & bituminis habent plurimùm. Quæ alumine, ferro, argento, & auro conſtant, non purgant, neque ſudores mouent: niſi etiam nitro, ſalibus, & ære conſtent. Hæc enim ferè ſunt quæ purgatorias aquas efficiunt. Balneis autem artificialibus admiſcere licet decocta radicū, & herbarum, ſeminum, & florum, aliarumque rerum ad propoſitas indicationes ſpectantium: necnon vinum, oleum, ſales, & ſulphuris, atque bituminis, & metallorum ſuas partes. Inſenſilem tranſpiratione promouent frictiones mediocres: exercitationes, & motus qui ad ſudorem non ducunt: balnea aquarum dulcium, quæ digerentium & euaporantium medicamentorum miſcellas recipiunt: balnea naturalia, quæ aquis nitroſis, ſed magis ſulphurulentis conſtabunt: topicis digerentia, vnguenta inquam, lilimenta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, epithemata, ambrochæ, fomenta, ſuffitus, ablutiones, ex ijs quæ diſcutiunt, digerunt, ac reſoluunt. Quæ cùm minùs efficacia apparuerint, cucurbitulis, ſcarificationibus, hirudinibus, ſectionibus, cauterijs, vel cauſticis medicamentis coniunctum, partiq; hærētē homorē trahere, & diſcutere, ac vacuare conſilium eſt. Diſcutiunt & reſoluunt medicamina: Radices & folia Iridis, Inulæ, centorij vtriuſq;, lilij albi, braſsicæ, aſphodeli, dictamni, altheæ, fæniculi, acori, coſti, cucūeris ſylueſtris, bryoniæ, ſambuci, ebuli, ariſtolochiæ vtriuſq;, valerianæ, ſcyllæ, gētianæ: Nec nō abſinthiū, abrotonū, ane-

Tranſpiratio.

Diſcutientia.

thum,

thum, ſaluia, roſmarinus, rutha, ſerpillū, calamentū, nepeta, origanum, pulegium, thymus, hyſſopū, lauendula, ocymum, maiorana, melilotum, ſtæcas, Auena, betonica, thymbra, daucum, chamemælū, ſeſeli, loliū, ſabina, arthemiſia: Farina ſeminis lini, fęnugręci, auenę, lolij, erui, tritici, lupinorū, hordei, cymini, aniſi, carei, liguſtici, fœniculi, dauci, granii tinctorij, apij, viticis, iuniperi, & baccarum lauri: Flores lilij albi, anthos, ſaluiæ, iridis, chamæmeli, meliloti, ſtæcadis, lauendulæ, ſambuci: Vinū, oleū vetus, aqua vini, opoponacum, ſagapenum, ſtyrax, myrrha, bdellium, lacca, ammoniacum, terebinthina, pix ſicca, reſina omnis, thus aceto acerrimo aut aqua vini ſubactum: aſſa fœtida, ſulphur, nitrū, chryſocolla, aſphalthum, caſtorium, ſtercus omne, herinacei terreſtris cutis. Adde aromata & ſpecies, caryophillos, caſsiam ligneam, cinnamomū, ſchænanthum, nardum, calamum odoratum, cyperum, cardamum maius & minus, galangam, zeduariam, doronicum, zingiber, pyretrum, piper, nucem muſcatam, & macerem, xylobalſamum, lignū aloes, carpeſia, crocum, muſcum, ambram, zibetum. Compoſita verò huius ſcopi ſunt, oleum chamæmelinum, anethinum, ſeſaminum, ſambucinum, è meliloto, irinum, nardinum, abſinthinū, è menta, è croco, è ſtyrace, è ſemine lini, è floribum cheyrinis, è rutha, laurinum, è piperibus, coſtinū, ex hyperico, è cucumere agreſti, è terebinthina, laterinum, &c. Prætereà vnguentum altheæ, reſumptiuum, martiacum, Arogon, Agrippæ, arthanitæ. Ceroneum, Oeſypum. Et diachylon empla-

 ſtrum

ſtrum magnum, cõmune, paruum, præſertim ireatum: emplaſtrum de meliloto, de mucillaginibus, de ranis, oxycroceum, de baccis lauri. Quibus præmittenda ſunt mollientia, vbi durities reſolutioni reſtiterit. Sed plurima ex illis etiam remolliunt: videlicet althea, lilium, chamæmelum, melilotum, fænugrœcum, linum, auena, lolium: opoponacum ſtyrax, ſagapenum, lacca, terebinthina, bdellium. Et compoſita, ferè vtriuſque commixta ſunt, nempe & mollientibus, & diſcutientibus. His addes maluam, bugloſſam, ſpinachiam, acanthum, violariam, amurcam olei, galbanum, ceram, axungias porci, gallinarũ, anſeris, hirci, vituli, bouis, cerui, horumque medullas: & butyrum, paſſulas, ficus: oleũ lumbricorum, ſeſamnium, vulpinum. Diſcutiũt etiam balnea aquarum nitroſarum & ſulphureарũ, aliaq; artificialia diſcutientibus parata. Cucurbitulas in phrenitide, & lethargo capiti apponimus, ad trahẽdam & diſcutiendam tumoris materiam. Quod & in pleuritide, cæteriſque iaflammationibus faciebant veteres, cùm factis reuulſionibus ac deriuationibus, impacta particulæ materia reſolutioni obſiſtebat. Idem fiebat in colico affectu, & ventriculi, vel vteri dolore. Nam incantamenti inſtar, partibus his admotæ, flatus omnes, & dolores reſoluũt. In inflãmationibus cerebri, laterum, & multarum aliarum partium, ſcarificationibus quoque vſi ſunt veteres, coniunctæ materiæ attractioni ac reſolutioni intendentes. Sed ſcarificatis locis imponendę ſunt cucurbitulæ, vt diducta cute ſubiectum humorem exugant. Ante ſcarificationem verò, partem

Cucurbitula.

Sacrificatio.

Lib. de ſcarif. & 2. ad Glauc.

partem vel lauacro, vel per ſpongiam aqua calente imbutam fouebat Galenus. Nos hodiè primùm cucurbitulas leues, deinde ſcarificationē, & poſtrèo cucurbitulas imponimus. Humoribus in profundo ſitis maximè conuenit: necnon inflammationibus, ſcirrhis, glandulis, tenſionibus, & humoribus propter craſsitiem fortiter impactis, & tum reſolutioni tum ſuppurationi reſiſtentibus. Quo caſu profundatoribus ſcarificationibus vti licet. A quibus, diſcutientia, vel ſuppurantia cataplaſmata, vnguenta, emplaſtra admouere ſolemus. Cauendum autē in profundiore ſcarificatione, ne tēdones, neruùm ve aliquem attingas, aut vas aliquod è quo ſanguis nimis fluxurus ſit, incidas. Vacuata hoc modo particula, detractiſque cucurbitulis, ſpongia, ſcarificata loca tergenda, & oleo roſato mulcenda. Hirudines, eum, qui in profundo eſt, ſanguinem non extrahunt, ſed tantum quo caro imbuta eſt, exugunt. Vtimur eis pro cucurbitulis. Quæ recens captæ ſunt, diem vnum aſſeruari oportet, pauculo ſanguine in paſtum exhibito. Sic enim venenum earum omne exprimitur. In vſu autem pars cui admoueri debent nitro prius perfricetur, vngaturque, aut vnguibus ſcalpatur. Promptius enim inuadent, & carnem apprehendent. Inijciendæ autem ſunt in aquæ tepidæ vas purum, latique oris: deinde ſpongia eas comprehendentes, uiſcoſitate abſterſa, tandēm manu applicabimus. Vbi autem inhæſerint, infundendū particulæ oleū tepidū, ne ipſa refrigeretur. At ſi manibus admouēdæ ſint, aut pedibus, ipſam partē aquæ, cui inſunt hirudines, immergere oportet.

Hirudines. Gal. de Hir.

oportet. Qđ ſi parum depaſcantur, forfice caudam præcidito. Nam effluente ſemper ex eis ſanguine, trahere nõ deſinunt, donec aut ſalem, aut cinerem ori ipſarũ inſperſerimus. Vbi verò deciderint, cucurbita venenum euellendum, aut ſaltem ſpongijs nouis fouendum. Detrahimus autem eas vbi dimidiã vitioſi ſanguinis partẽ extractã conijcimus, maiorem detractionẽ, & longiorem illarum moram verentes. Siquidem particula tum à ſanguiſugis natura frigidis, tum ab aere ambiente refrigeratur. Quibus ſuccedens copioſa uacuatio, exanguem, & frigidam omnino partem relinquit. Quod ne accidat, dimidia uacuatione cõtẽtus eſt Galenus. Poſt leuium cucurbitularum appoſitionem, ſcarificationum uicem ſupplent. Sectio in uacuanda, quæ in

Sectio. parte collecta eſt, materia ſæpè locum habet. Tumorem enim cũ maturuerit, ferro aperimus, & pus emittimus. Venas etiam frontis, narium, & aurium incidimus, ubi caput patitur. Sectis ẽt menti uenis, lichenoſos affectus, qui in eo inueterauerint, ſanamus. Et anginam, ſectis quæ ſub lingua ſunt uenis. Sectis etiam temporum uenis & arterijs hemicraniam plerique curauerunt. Sed de ſectione arteriarum conſule Paulum & Aetium: qui quod Galenus in ſumma tradidit, ipſi in particularibus exercuerũt. Hæmorrhoides tumentes, nec fluentes, ſcalpello aperire frequens eſt. Sectione etiam calculus è ueſica educitur: & uarices ſanantur: & putres, &

Cauteria. ſuperfluæ partes tolluntur. Quæ autem ferrum ſimplex non ſanat, ignis ſanat, ait Hippocrates. Itaque cauterio ſæpè uti cogimur, hoc eſt ignito & can-

uen-

dente ferro, vel cupro, vel auro ad rumpendos abſceſſus, ad amputãda ſuperflua, & putria conſumẽda, ad diſcutiendas & abſumendas proteruæ materiæ reliquias. Quod cephalæa, & hæmicrania & vertigine, mania, epilepſia, cæteriſque cerebri & capitis affectibus, qui medicamentis non cedunt, vtiliter efficitur. Antiquos etiam, & rebelles aliarũ partium affectus, hoc remedio ſanare licet. Sed medicamentis priùs tentanda curatio per longum tempus: ne forte quod medicamẽto blandiùs ſanari poteſt, crudeli remedio cures. Rectè autem dixit Hippocrates, Quęcunque medicamentis nõ curantur, ferrum curat: quæ ferro non curantur, ignis curat: quæ igne non curantur, ea exiſtimare oportet incurabilia. Ignis loco ſubſtituuntur cauſtica medicamenta, in gratiam eorum qui ferrum, & ignem nimis verentur. Quanquàm plurimarum partium ea eſt compoſitio, ea ſtructura, is ſitus, vt ferrum non admittat, cauſtica tamen illa toleret. Adhibentur ad rumpendos abſceſſus, vt pus emittatur: ad attrahendam, eandemque diſcutiendam quę in alto inſidebat, materiam: ad conſumenda corrupta, carioſa, & putria. Huius generis ſunt, æs vſtum, ærugo, alumẽ vſtũ, cinis ficulna, thapſia, ſinapi, pyrethrũ, chryſocolla, auripigmentum, calx viua, cantharides, fæx vini vſta, vitriolum, mel anacardinum, ſal ammoniacus, puluis mercurij. Sed in aperienda vomica fiduciam habeto in arſenico, vel mercurio ſublimatis. Cætera vel contemperata, vel ſimplicia, ad veſiculas inducendas, & trahenda conſumendaque ſuperflua ſatisfaciunt. Verùm illa in loco idoneo

Aph. 91. lib. 7.

Cauſt. ca medic.

idoneo affixa, medicamẽtis egent in circuitu repel lentibus, quæ nouum influxum vel dolore per eroſionem excitato, vel vehemẽti aitı actione fieri pro hibeant. Cuiuſmodi ex bolo armenio, & aceto parantur. Sed refrigerantibus, & humores reprimenti bus cauſtica illa frænanda ſunt, velut hodiè faciunt cum vnguento populeo, & lapide hæmatite: interdum etiam cum opij granis aliquot, ne dolor tam

Inedia. exactè percipiatur. Butyro autem eſcharam mitigant. Inedia, ex accidenti vacuat vniuerſum corpus: ſed peculiariter & primò vẽtriculum, & iecur, cùm cruda in his cõtinebũtur. Nã calor natiuus, in quod agat alimentum non habẽs, crudos humores primum elaborat: à quibus ad cæteras ſuperfluitates ſe confert: & ab his in puriores ſuccos agit, & tãdem ſolidas partes inuadit. Inedia autem vna eſt quę nihil prorſus cibi aut potus admittit: & in vnũ aut alterum diem præcipitur. Altera, cibos quidem admittit, ſed pauciores multò quàm pro conſuetudine. Nam vel prandium aſſumit, cęnam non adhibet: vel in prandio & cęna paucíſsimis alimẽtis vti-

6.Epid. tur. De qua dixit Hippocrates ſanitatis ſtudium, eſt non ſatiari cibis. Plenitudinem vacuat inedia, et cruditatibus, pituoſisque morbis liberat. Peculiariter ventriculum grauatum ſanat. Qui anguſtas ve-

2.temper. nas habent, exigui ſunt ſanguinis, nec longam inediam ferunt, inquit Galenus. Quibus latæ ſunt, ijs copia ſanguinis eſt, & citra noxam cibo abſti-

Aph.61. Libr.7. nent. Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora ſiccat. Senes facillimè ieiunium ferunt: ſecundo lo-

co

eô qui ætatem conſiſtentem habent: minus adoleſcentes: omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores. Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento: alioquin corpus abſumitur. Senibꝰ verò parùm calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus eget, qui à multis extinguuntur. Ventres hyeme, & vere calidiſsimi ſunt, & ſomni longiſsimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt, vnde & pluribus egent alimentis. Indicio ſunt ætates, & athletę. Aeſtate, & autumno, cibos difficillimè ferunt: hyeme facillimè. Secūdum locum ver habet. Inediam autem bilioſis, calidis inquàm, ſiccisque temperaturis aduerſiſsimam, & febrium paratiſsimā cauſſam eſſe demōſtrat Galenus libro decimo Methodi. Admonet autem Hippocrates, vbi fames, aut inedia, laborandum non eſſe: exercitia, & vehementiores motus omnes prohibens: necnon ſanguinis miſsionem, vomitum, purgationem, frictionē, fortemque omnem corporis alterationem. In talibus ſiquidē motibus omnibus, vbi cibus defuturus ſit, vires diſſoluuntur, ſiue ęgrotēt, ſiue etiam ſani ſint homines. Vbique verò Hippocrates magnum ſtudium habet ſeruare fortem eam quæ regit animalia potentiam. Somnus ſtatim poſt inediā, poſt matutinam inambulationem, poſt balneum, ſanguinis miſsionem, purgationem, & omnem aliam vacuationem, corpus exſiccat, & inediæ modo per accidens vacuat. Vacuationibus enim illis, calido innato quod elaboraret detractū eſt: cui ſuperueniens ſom-

Aph. 13. lib. 1.

Aph. 14.

Aph. 15.

Aph. 17.

Aph. 16. libr. 2. & Gal.

Somnus

ſomnus (qui ſanè calorem ad interna reuocat, & auget) geminato calore quod ſupereſt depaſcitur, & abſumit. Obeſis prodeſt: gracilibus & emaciatis obeſt, qui poſt alias vacuationes adhibetur exſiccans, & per accidens vacuans, ſomnus.

Venus. Venus moderata, plenitudinẽ vacuat, corpus vegetius, & alacrius reddit. Itaq; ad vniuerſi corporis vacationẽ confert. Sed particulariter vaſa ſpermatica exonerat; & renum feruorẽ extinguit. Immoderata corpus ad tabem ducit. In omnibus autem particularibus vacuationibus tria præcipuè attẽdenda ſunt. Primò ne corpori non vacuato adhibeantur. Præmittenda enim ſemper vniuerſalis purgatio. Deinde ne influentibus, aut fluere paratis adhuc humoribus admoueantur: ſed quieſcentibus. quando inquàm malum firmatum, aut inueteratum fuerit, ipſaque reſtiterit humorum fluxio. Quod reuulſiones, ac deriuationes priùs factas ſupponit. Nam ſi fluente adhuc humore adhibeãtur, ad partem affectam attrahent, & morbum geminabunt. Neq; ergo in principio neque in augmento, ſed vel in declinatione, vel conſiſtente adhuc, verùm inclinationi proximo morbo hæ adminiſtrandæ. Tertio cauendum ne viribus non integris pertententur, præſertim ſectiones, ſcarificationes, & cauteria: necnon ſudores, inedia plenioresque aliæ vacuationes.

Apoph. & errhina. Particulatim autem apophlegmatiſmi in oris vlcerationibus vitandi: ſicut & errhina, in narium eroſionibus. Cùmque hæc adhibentur, os aqua tepida implendũ, ne de mordentis medicamenti materia aliquid in fauces trãſeat, & erodat. Sternuto-

ria in veteri ſurditate proſunt: in incompleta, & recenti, ualenti concuſsione materiam coaceruant, & ad debilem particulam impellunt. Oculorum affectibus ſuſpecta ſunt, ſicut & errhina: quæ licet ab oculis deriuent, ſua tamen acrimonia (quæ ſenſibiliter ad oculos perfertur) nouam materiam ad hos attrahunt. Quæ aurium ſordes expurgant, interdùm attrahentibus iuuari poſtulant: quia materia in profundo poſita, paratum ad aures non habeat exitum. Quemadmodum verò neq; caput, ſine toto corpore, purgare tutum eſt: ita nec oculos, nec aures, nec nares, ſine toto capite. Priùs ergo apophlegmatiſmis, aut errhinis caput expurgãdum, quàm oculorum, narium, vel aurium curationem aggrediaris. Quæ pulmones expurgant, craſsiora eſſe debent, quàm ut elui & effluere ſint prompta. Ea ſupinus æger quàm diutiſsimè in ore tenebit, ac omnes qui illic sũt muſculos relaxabit, remittetque: quò ſenſim paulatimque in arteriam defluant. Si quis liquidioribus vti malit, ſciat ea dũ per multa corporis membra intermedia trãſeunt, hebeſcere, & uiribus ualdè diminutis ad partem affectam deferri: ſicuti libro primo oſtendimus, de ſitu partium capite quinto agentes. De uomitorijs capite ſexto huius libri diximus: quæ ad particulares ſtomachi uacuationes trãsferre promptum eſt. Clyſteres inteſtina particulariter vacuantes, petes ex capite ſecundo: neque enim hic acribus utendum eſt, ſed mollientibus, & blandè tergentibus. Medicamẽta ad hoc opus eliges ex capite quarto: in quo de blandis & faciliter purgantibus agitur,

Sternutatoria.

Ocularia.

Auricularia.

Pulmonica.

Vomitoria.

Clyſteres.

Purgantia med.

quæ vix primas venas attingunt: quod ad particularem ventris purgationem conducit. Nã valentiora medicamenta, non partem ſolam, ſed vniuerſum corpus expurgant. Ad iecoris caua, & lienem, clyſteres paulò ualentiores, nondum autem acres, adhibere oportet. Ad renes, & veſicam, meatuſq; vrinarios, diureticis tunc ſolum vtimur, cum aut vrinæ ſuppreſsio, aut calculus iam firmatus, aut tophi, aut ſordes, & arenulæ multę, moleſtiam attulerint. Vitandus alioqui diureticorum vſus in renum affectibus. Vſurpandus in expurganda iecoris gibba.

Méſtrua. Dátur autem in potu, in puluere, in electario liquido. Menſes, cõſuetis fluere temporibus mouemus mulieribus non grauidis, per apozemata, ſyrupos, zulapia, potionibus aliis ex pulueribus & aquis ſtillatis vel decoctis, vel ex ſuccis expreſsis, necnõ pulueribus ſiccis, electarijs liquidis, interdum etiã ſolidis: Per inferna verò ſuffimentis per ſellam perforatam adhibitis, & vterinis clyſteribus, ſeu iniectionibus, & peſsis, linimentis: ſed & cataplaſmatis & emplaſtris forinſecùs admotis: necnon balneis aut naturalibus, aut alijs ad id artificiosè paratis. Quæ oĩa ex ijs quæ menſtrua ducere nata ſunt, aſſumenda. Duplex autem in his proponitur finis. Vnus ſanguinem attenuare, vt faciliùs fluat: Alter ora venarum aperire, quod admotis potiſsimùm efficitur.

Hæmorrhoides. Hęmorrhoides illitionibus, & cataplaſmatis ex propria, & conueniẽte materia, aperies: necnon ſcalpello. cuius tamen frequens vſus relaxationis, aut contractionis muſculi cauſa eſſe poteſt. Hirudinibus admotis ſanguinem fæculentum extrahere

here licet. Sudores exercitationibus mouere prō-ptum eſt. Sed præparandū corpus ad exercitationes, primùm excremētorum eductione: deinde ēt frictionibus mediocribus, per manum circūactus vtcunq; celeres, nullo cōpreſſu graues, qui floridum ruborē per totam cutē inducant. Quod vbi acciderit, oleū infundendū, & infricandū nudis manibus, quę medium inter mollem durumque modum ſeruent. Sic.n. excrementa cutis extenuabūtur, & exigui meatus laxabūtur, per quos ſudor motione excitatus liberè erumpat. Crebra ēt frictione cū manibus calidis, aut cum linteis calidis ſudor elicitur: præſertim ſi ab ea ægrum in lecto operimentis denuò calefeceris. Quod & fomentis humidis, & ſiccis, vt diximus, efficitur. Sed ſi tenuis pituita dolorem inferat, ſicca fomenta humidis preferenda. Inunctionibus alijs, & ſuffitibus ex rarefacientibus cōpoſitis, ſudor quoq; excitatur. Efficaciter, & plena totius corporis vacuatione, per ea quæ de morbo parthenopæo dicta ſunt: Imbecilliùs, ſed cōmodè, per alia quæ ante relata ſunt. Quod & de ceratis, emplaſtris, & ablutionibus iudicare licet. Vtiliter, & haud vana fiducia ad id vtimur decoctis ligni Indici, Chynæ, Sarzæparillæ, & ſimilium: necnon balneis laconicis, & lauacris: interdum ēt thermis naturalibus. Tranſpirationem inſenſibilem ferè promouent quæcunq; ſudoribus deſtinata ſunt. Sed modū, ſi vis, in his adhibere potes, ne ad ſudores impellant: contentus breuioris temporis applicatione. Sed topicis, quę p halitū digerant, ac diſcutiāt, non niſi purgato vniuerſaliter corpore, alioq;

Sudorifi-cis.

Tranſpiratio.

tra-

traductis,ac deriuatis humorib⁹,admouenda ſunt: nec niſi firmato,ac inueterato morbo. Pręterquàm in uocatis membrorum principalium emunctoriis,poſt aures,ſub alis,& in inguinibus. In quibus repellentibus uti fas non eſt: ſed poſt generalia, ſtatim ad reſolutionem ueniendum:interdùm etiã ad attractionem, per cucurbitulas potiſsimùm. De cæteris ſatis egimus. Neque enim hic uniuerſam medicinam complecti conſilium eſt.

DE ABSVMENDIS MORBI reliquijs, & emendanda mala qualitate partis affectæ, atque robore inducendo.

Cap. X.

QVAE id pręſtent quędam calida ſunt,quędam frigida, humida, ſicca, quædam à temperie non multùm recedunt. Calida ad hanc intentionem hæc ferè intus adhibẽtur: Radices pæoniæ,Iridis,galangæ maioris,& minoris,calami aromatici,cyperi,pimpinellæ,angelicæ, cardopatij,doronici, uincetoxici, zeduarię, coſti, zingiberis: ſpicanardi,ſchęnanthum,menta, abſinthium, ſaluia, hyſſopum, maiorana, meliſſa, ocimum, folium: Anacardi in apoplexia, & abolita memoria:carpeſia, caryophilli, nux muſcata, carpobalſamum, fructus iuniperi: piper longum, album,nigrum: palmulæ, cappares,uuæ paſſæ,caryçæ, amygdalæ dulces, & amaræ, nux pontica, nux regia,pinearum nuclei, piſtacia. Cortex citri, cortex radicis capparis, caſia ligneas, cinamomum,

Calida.

macis. Lignũ aloes, lignũ balſami, glycyrrhiza,lignum ſanctum. Semina fraxini,ocymi, pæoniæ,ſileris,aniſi,marathri,viticis,carei, amomi, dauci,ameos,petroſelini,cumini,liguſtici, grana tinctorũ; baccæ lauri,ſemen cardamoni minoris,& maioris, & milij ſolis:Flores ſaluiæ,anthos, ocymi, croci: Succus glycyrrhizæ,ladanũ,opobalſamum, lyciũ, mirrha,thus,lacca,Sal indus, ſulphur in aſthmate. Et ex animalibus blatta byzantia, cerebella paſſerum prolificis remedijs, caſtorium, renes ſcincorum,ſanguis hirci:ſanguis leporis, anatis, anſeris, gallinæ:Mummia,muſcus,ambra,zibbetum, mel, vinum,oleum,aqua vinis. Et ex compoſitis diapraſſium,diairis ſimplex & Salomonis, diacuminum, diacalamentum, diagalanga, diacoſtũ, dialacca,roſata nouella falsò credita conferre calori & ſiccitati ſtomachi,cordis,hepatis,pulmonis. Nam ægregiè calefacit: diacurcuma,diatrion pipereum, diaſatyrium,tryphera magna ſine opio,theriaca, mitridatium,aurea alexandrina,athanaſia: Conſerua acori,inulę,ſcabioſæ,anthos,ſatyrij:& zingiber cõditum,mel anthoſatum, & geniſtatum: Trochiſci è gallia muſcata,è rhabarbaro, ex eupatorio,è lacca,ex abſinthio,è capparibus,è ligno aloes:Quę ſanè humores attenuant,& concoquunt,ſimul etiam aperiunt,& abſtergunt, & partim robur inducunt. Leniũt, Diapenidion,cum ſpeciebus,diadragantũ calidum,& alipta muſcata. Aſtringunt verò, Miua aromatica Nicolai, & Diacitonium compoſitum eiuſdem,& conſerua ſymphyti maioris. Ad roborandum peculiaria creduntur, Confectio de hya-

nitrum toſtum nõ omnino tenue: vel flos ſalis. Ad quod etiam facit liquor cyrenaicus aqua dilutus, & corpori infricatus. In lue venerea, argẽtum viuum cæteris diſcutientibus commiſcemus, magno ſudorum impetu, & ad penitiſsima ingreſſu, nõ ſine mẽbrorũ tabe. Quinto ſuffitibus ex cinnabari in lue venerea: aut pyrite, aut molari lapide, in tendonum ſcirrhis, affuſo candentibus his aceto, vel decocto ligni Indici, vel aqua vini. De quibus diximus in Parthenopæa. Ad quorum exẽplum ex mitioribus ſuffitus parari poſſunt: ad ſudorẽ in morbis leuioribus excitandum vtiliſsimi. Quomodo mulierculę, per artemiſiæ, ſabinæ, & thuris fumum in lecto iacentibus (eleuatis tamen per circulos quoſdam vtrinque operimentis) copioſum humorẽ eliciunt: capite extra operimẽta à vapore libero. Sexto, Ceratis, & emplaſtris ſpinæ ſecundum huius longitudinem & latitudinem, nec non brachijs, & tibijs admotis. Sic enim & incedentibus, & quieſcentibus ſudor euocatur in lue venerea, per ea quę argentum viuum, cinabarim, & euphorbiũ recipiũt. Quibus omiſsis, cæteris quoque rarefacientibus cerata & emplaſta componere potes; quæ dictis partibus admota, ſufficienter ſudores eliciant in morbis leuioribus. Hæc tamen vix adhibentur. Septimo loco veniunt ablutiones cum aquis decoctionis mercurij ſublimati: de quibus in lue parthenopæa copiosè diximus. Verùm his in ſcabie aliundè contracta aliquando vſus ſum facili ſucceſſu: cum cæteris remedijs medici nihil profeciſſent. Octauo loco conſideranda quæ ad hanc intentionẽ ebibun-

Per ſuffitus.

Per cerata & emplaſtra.

Per ablutiones.

buntur. Videlicet calamintha cũ mulſa, ſerpillũ cũ mulſa: Liquor cyrenaicus ciceris magnitudine epotus. Efficaciter autẽ ad id faciũt decoctũ ligni Indici, qđ guaiacũ, & ſanctũ appellãt: Et chynę decoctũ, gracilioribus, & morbo extenuatis idoneũ: Et ſarza parilla, chynæ viribus haud diſsimilis. Ad dunt radicem ἀπὶς, à chyna diuerſam, vt alibi demonſtrauimus. Sed & tormentillam cum caſsia lignea, & ſchænantho, ad id efficacem eſſe contendunt: necnon radices cannarum noſtratium, cum calamo aromatico, & ſchænantho: & ramenta iuniperi, fraxini, citri, cupreſsi, thedæ, terebinthi, cedri, ebeni: & radices, atq; herbas multas, & aquas ſtillatas, de quibus in parthenopæa tractauimus. Nono loco ſint balnea ſicca, & humida. Sicca, laconica teſtudine, & fornice concamerato frequentia in ædibus priuatis, imitatione quadam, in cupa parãtur, & ſub papilione: ſiccis vaporibus è calidis lapidibus reſultantibus. Humida: vel aquis naturalibus actu quidem humidis, ſed facultate ſiccantibus, vt pote metallicis, & ſuphureis: vel aquis dulcibus arte in neceſſarium vſum reductis, conſtituuntur. Vnde hæc artificialia dicuntur: illa naturalia, ꝙ ſponte proueniant, ac naturaliter calida ſcaturiant. Balneum aquarum dulcium, tepidum humectat, & reſoluto calido ſpiritu ac vapore refrigerat; calidum omnino calefacit: ſed pro caliditatis gradibus intentiùs, vel remiſsiùs. Hoc etiã humectat, ſi in calido modũ nõ exceſſerint. Balneorũ naturaliũ alia eſt ratio. Omnia enim ſiccant, vt pote metallicis imbuta. Quædam verò purgant: vt quæ

Per balnea.

ſulphure, nitro, & ære conſtant. Quædam ſolum diſcutiunt aut vrinas mouent, & lauacro ſudores eliciunt: nempe quæ ſulphuris & bituminis habent plurimùm. Quæ alumine, ferro, argento, & auro conſtant, non purgant, neque ſudores mouent: niſi etiam nitro, ſalibus, & ære conſtent. Hæc enim ferè ſunt quæ purgatorias aquas efficiunt. Balneis autem artificialibus admiſcere licet decocta radicũ, & herbarum, ſeminum, & florum, aliarumque rerum ad propoſitas indicationes ſpectantium: necnon vinum, oleum, ſales, & ſulphuris, atque bituminis, & metallorum ſuas partes. Inſenſilem tranſpirationẽ promouent frictiones mediocres: exercitationes, & motus qui ad ſudorem non ducunt: balnea aquarum dulcium, quæ digerentium & euaporantium medicamentorum miſcellas recipiunt: balnea naturalia, quæ aquis nitroſis, ſed magis ſulphurulentis conſtabunt: topicis digerentia, vnguenta inquam, lilimenta, cerata, emplaſtra, cataplaſmata, epithemata, ambrochæ, fomenta, ſuffitus, ablutiones, ex ijs quæ diſcutiunt, digerunt, ac reſoluunt. Quæ cùm minùs efficacia apparuerint, cucurbitulis, ſcarificationibus, hirudinibus, ſectionibus, cauterijs, vel cauſticis medicamentis coniunctum, partiq; hærẽtẽ homorẽ trahere, & diſcutere, ac vacuare conſilium eſt. Diſcutiunt & reſoluunt medicamina: Radices & folia Iridis, Inulæ, centorij vtriuſq;, lilij albi, braſsicæ, aſphodeli, dictamni, altheæ, fæniculi, acori, coſti, cucũeris ſylueſtris, bryoniȩ, ſambuci, ebuli, ariſtolochiȩ vtriuſq;, valerianȩ, ſcyllæ, gẽtianæ: Nec nõ abſinthiũ, abrotonũ, anethum,

Tranſpiratio.

Diſcutiẽtia.

thum, ſaluia, roſmarinus, rutha, ſerpillũ, calamentũ, nepeta, origanum, pulegium, thymus, hyſſopũ, lauendula, ocymum, maiorana, melilotum, ſtæcas, Auena, betonica, thymbra, daucum, chamemælũ, ſeſeli, loliũ, ſabina, arthemiſia: Farina ſeminis lini, fęnugręci, auenę, lolij, erui, tritici, lupinorũ, hordei, cymini, aniſi, carei, liguſtici, fæniculi, dauci, grani tinctorij, apij, viticis, iuniperi, & baccarum lauri: Flores lilij albi, anthos, ſaluiæ, iridis, chamæmeli, meliloti, ſtæcadis, lanendulæ, ſambuci: Vinũ, oleũ vetus, aqua vini, opoponacum, ſagapenum, ſtyrax, myrrha, bdellium, lacca, ammoniacum, terebinthina, pix ſicca, reſina omnis, thus aceto acerrimo aut aqua vini ſubactum: aſſa fœtida, ſulphur, nitrũ, chryſocolla, aſphalthum, caſtorium, ſtercus omne, herinacei terreſtris cutis. Adde aromata & ſpecies, caryophillos, caſsiam ligneam, cinnamomũ, ſchænanthum, nardum, calamum odoratum, cyperum, cardamum maius & minus, galangam, zeduariam, doronicum, zingiber, pyretrum, piper, nucem muſcatam, & macerem, xylobalſamum, lignũ aloes, carpeſia, crocum, muſcum, ambram, zibetum. Compoſita verò huius ſcopi ſunt, oleum chamæmelinum, anethinum, ſeſaminum, ſambucinum, è meliloto, irinum, nardinum, abſinthinũ, è menta, è croco, è ſtyrace, è ſemine lini, è floribum cheyrinis, è rutha, laurinum, è piperibus, coſtinũ, ex hyperico, è cucumere agreſti, è terebinthina, laterinum, &c. Præterea vnguentum altheæ, reſumptiuum, martiacum, Arogon, Agrippæ, arthanitæ. Ceroneum, Oeſypum. Et diachylon empla-

ſtrum magnum, cõmune, paruum, præſertim irea- tum: emplaſtrum de meliloto, de mucillaginibus, de ranis, oxycroceum, de baccis lauri. Quibus præmittenda ſunt mollientia, vbi durities reſolutioni reſtiterit. Sed plurima ex illis etiam remolliunt: videlicet althea, lilium, chamæmelum, melilotum, fænugręcum, linum, auena, lolium, opoponacum ſtyrax, ſagapenum, lacca, terebinthina, bdellium. Et compoſita, ferè vtriuſque commixta ſunt, nempe & mollientibus, & diſcutientibus. His addes maluam, bugloſſam, ſpinachiam, acanthum, violariam, amurcam olei, galbanum, ceram, axungias porci, gallinarũ, anſeris, hirci, vituli, bouis, cerui, horumque medullas: & butyrum, paſſulas, ficus: oleũ lumbricorum, ſeſamnium, vulpinum. Diſcutiũt etiam balnea aquarum nitroſarum & ſulphurearũ, aliaq́; artificialia diſcutientibus parata. Cucurbitulas in phrenitide, & lethargo capiti apponimus, ad trahẽdam & diſcutiendam tumoris materiam. Quod & in pleuritide, cæteriſque iaflammationibus faciebant veteres, cùm factis reuulſionibus ac deriuationibus, impacta particulæ materia reſolutioni obſiſtebat. Idem fiebat in colico affectu, & ventriculi, vel vteri dolore. Nam incantamenti inſtar, partibus his admotæ, flatus omnes, & dolores reſoluũt. In inflãmationibus cerebri, laterum, & multarum aliarum partium, ſcarificationibus quoque vſi ſunt veteres, coniunctæ materiæ attractioni ac reſolutioni intendentes. Sed ſcarificatis locis imponendę ſunt cucurbitulæ, vt diducta cute ſubiectum humorem exugant. Ante ſcarificationem verò,

Cucurbitula.

Sacrificatio.

Lib. de ſcarif. & 2. ad Glauc.

partem

partem vel lauacro, vel per ſpongiam aqua calente imbutam fouebat Galenus. Nos hodiè primùm cucurbitulas leues, deinde ſcarificationẽ, & poſtrèo cucurbitulas imponimus. Humoribus in profundo ſitis maximè conuenit: necnon inflammationibus, ſcirrhis, glandulis, tenſionibus, & humoribus propter craſsitiem fortiter impactis, & tum reſolutioni tum ſuppurationi reſiſtentibus. Quo caſu profundatoribus ſcarificationibus vti licet. A quibus, diſcutientia, vel ſuppurantia cataplaſmata, vnguenta, emplaſtra admouere ſolemus. Cauendum autẽ in profundiore ſcarificatione, ne tẽdones, neruùm ve aliquem attingas, aut vas aliquod è quo ſanguis nimis fluxurus ſit, incidas. Vacuata hoc modo particula, detractiſque cucurbitulis, ſpongia, ſcarificata loca tergenda, & oleo roſato mulcenda. Hirudines, eum, qui in profundo eſt, ſanguinem non extrahunt, ſed tantum quo caro imbuta eſt, exugunt. Vtimur eis pro cucurbitulis. Quæ recens captæ ſunt, diem vnum aſſeruari oportet, pauculo ſanguine in paſtum exhibito. Sic enim venenum earum omne exprimitur. In vſu autem pars cui admoueri debent nitro prius perfricetur, vngaturque, aut vnguibus ſcalpatur. Promptius enim inuadent, & carnem apprehendent. Inijciendæ autem ſunt in aquæ tepidæ vas purum, latique oris: deinde ſpongia eas comprehendentes, uiſcoſitate abſterſa, tandẽm manu applicabimus. Vbi autem inhæſerint, infundendũ particulæ oleũ tepidũ, ne ipſa refrigeretur. At ſi manibus admouẽdæ ſint, aut pedibus, ipſam partẽ aquæ, cui inſunt hirudines, immergere

Hirudines. Gal. de Hir.

N4 oportet.

oportet. Qđ ſi parum depaſcantur, forfice caudam præcidito. Nam effluente ſemper ex eis ſanguine, trahere nō deſinunt, donec aut ſalem, aut cinerem ori ipſarū inſperſerimus. Vbi verò deciderint, cucurbita venenum euellendum, aut ſaltem ſpongijs nouis fouendum. Detrahimus autem eas vbi dimidiá vitioſi ſanguinis partē extractá conijcimus, maiorem detractionē, & longiorem illarum moram verentes. Siquidem particula tum à ſanguiſugis natura frigidis, tum ab aere ambiente refrigeratur. Quibus ſuccedens copioſa uacuatio, exanguem, & frigidam omnino partem relinquit. Quod ne accidat, dimidia uacuatione cōtētus eſt Galenus. Poſt leuium cucurbitularum appoſitionem, ſcarificationum uicem ſupplent. Sectio in uacuanda, quæ in

Sectio. parte collecta eſt, materia ſæpè locum habet. Tumorem enim cū maturuerit, ferro aperimus, & pus emittimus. Venas etiam frontis, narium, & aurium incidimus, ubi caput patitur. Sectis ēt menti uenis, lichenoſos affectus, qui in eo inueterauerint, ſanamus. Et anginam, ſectis quæ ſub lingua ſunt uenis. Sectis etiam temporum uenis & arterijs hemicraniam plerique curauerunt. Sed de ſectione arteriarum conſule Paulum & Aetium: qui quod Galenus in ſumma tradidit, ipſi in particularibus exercuerūt. Hæmorrhoides tumentes, nec fluentes, ſcalpello aperire frequens eſt. Sectione etiam calculus è ueſica educitur: & uarices ſanantur: & putres, &

Cauteria. ſuperfluæ partes tolluntur. Quæ autem ferrum ſimplex non ſanat, ignis ſanat, ait Hippocrates. Itaque cauterio ſæpè uti cogimur, hoc eſt ignito & can-

dente ferro, vel cupro, vel auro ad rumpendos abſceſſus, ad amputãda ſuperflua, & putria conſumẽda, ad diſcutiendas & abſumendas proteruæ materiæ reliquias. Quod cephalæa, & hæmicrania & vertigine, mania, epilepſia, cæteriſque cerebri & capitis affectibus, qui medicamentis non cedunt, vtiliter efficitur. Antiquos etiam, & rebelles aliarũ partium affectus, hoc remedio ſanare licet. Sed medicamentis priùs tentanda curatio per longum tempus: ne forte quod medicamẽto blandiùs ſanari poteſt, crudeli remedio cures. Rectè autem dixit Hippocrates, Quęcunque medicamentis nõ curantur, ferrum curat: quæ ferro non curantur, ignis curat: quæ igne non curantur, ea exiſtimare oportet incurabilia. Ignis loco ſubſtituuntur cauſtica medicamenta, in gratiam eorum qui ferrum, & ignem nimis verentur. Quanquàm plurimarum partium ea eſt compoſitio, ea ſtructura, is ſitus, vt ferrum non admittat, cauſtica tamen illa toleret. Adhibentur ad rumpendos abſceſſus, vt pus emittatur: ad attrahendam, eandemque diſcutiendam quę in alto inſidebat, materiam: ad conſumenda corrupta, carioſa, & putria. Huius generis ſunt, æs vſtum, ærugo, alumẽ vſtũ, cinis ficulna, thapſia, ſinapi, pyrethrũ, chryſocolla, auripigmentum, calx viua, cantharides, fæx vini vſta, vitriolum, mel anacardinum, ſal ammoniacus, puluis mercurij. Sed in aperienda vomica fiduciam habeto in arſenico, vel mercurio ſublimatis. Cætera vel contemperata, vel ſimplicia, ad veſiculas inducendas, & trahenda conſumendaque ſuperflua ſatisfaciunt. Verùm illa in loco

Aph. 91. lib. 7.

Cauſt. ca medic.

idoneo affixa, medicamẽtis egent in circuitu repel lentibus, quæ nouum influxum vel dolore per eroſionem excitato, vel vehemẽti aiti actione fieri prohibeant. Cuiuſmodi ex bolo armenio, & aceto parantur. Sed refrigerantibus, & humores reprimentibus cauſtica illa frænanda ſunt, velut hodiè faciunt cum vnguento populeo, & lapide hæmatite: interdum etiam cum opij granis aliquot, ne dolor tam exactè percipiatur. Butyro autem eſcharam mitigant.

Inedia. Inedia, ex accidenti vacuat vniuerſum corpus: ſed peculiariter & primò vẽtriculum, & iecur, cùm cruda in his cõtinebũtur. Nã calor natiuus, in quod agat alimentum non habẽs, crudos humores primum elaborat: à quibus ad cæteras ſuperfluitates ſe confert: & ab his in puriores ſuccos agit, & tãdem ſolidas partes inuadit. Inedia autem vna eſt quę nihil prorſus cibi aut potus admittit: & in vnũ aut alterum diem præcipitur. Altera, cibos quidem admittit, ſed pauciores multò quàm pro conſuetudine. Nam vel prandium aſſumit, cęnam non adhibet: vel in prandio & cęna paucisſimis alimẽtis vtitur.

6.Epid. De qua dixit Hippocrates ſanitatis ſtudium, eſt non ſatiari cibis. Plenitudinem vacuat inedia, et cruditatibus, pituoſisque morbis liberat. Peculiariter ventriculum grauatum ſanat. Qui anguſtas venas habent, exigui ſunt ſanguinis, nec longam inediam ferunt, inquit Galenus. Quibus latæ ſunt, ijs copia ſanguinis eſt, & citra noxam cibo abſtinent.

2.temper.

Aph.61. Libr.7. Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora ſiccat. Senes facillimè ieiunium ferunt: ſecundo lo-

co

eo qui ætatem conſiſtentem habent: minus adoleſcentes: omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores. Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento: alioquin corpus abſumitur. Senib⁹ verò parùm calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egẽt, qui à multis extinguuntur. Ventres hyeme, & vere calidiſsimi ſunt, & ſomni longiſsimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt, vnde & pluribus egent alimentis. Indicio ſunt ætates, & athletę. Aeſtate, & autumno, cibos difficillimè ferunt: hyeme facillimè. Secũdum locum ver habet. Inediam autem biliofis, calidis inquàm, ſiccisque temperaturis aduerſiſsimam, & febrium paratiſsimã cauſſam eſſe demõſtrat Galenus libro decimo Methodi. Admonet autem Hippocrates, vbi fames, aut inedia, laborandum non eſſe: exercitia, & vehementiores motus omnes prohibens: necnon ſanguinis miſsionem, vomitum, purgationem, frictionẽ, fortemque omnem corporis alterationem. In talibus ſiquidẽ motibus omnibus, vbi cibus defuturus ſit, vires diſſoluuntur, ſiue egrotẽt, ſiue etiam ſani ſint homines. Vbique verò Hippocrates magnum ſtudium habet ſeruare fortem eam quæ regit animalia potentiam. Somnus ſtatim poſt inediã, poſt matutinam inambulationem, poſt balneum, ſanguinis miſsionem, purgationem, & omnem aliam vacuationem, corpus exſiccat, & inediæ modo per accidens vacuat. Vacuationibus enim illis, calido innatõ quod elaboraret detractũ eſt: cui ſuperueniens ſom-

Aph. 13. lib. 1.

Aph. 14.

Aph. 15.

Aph. 17.

Aph. 16. libr. 2. & Gal.

Somnus

ſomnus (qui ſanè calorem ad interna reuocat, & auget) geminato calore quod ſupereſt depaſcitur, & abſumit. Obeſis prodeſt: gracilibus & emaciatis obeſt, qui poſt alias vacuationes adhibetur exſiccans, & per accidens vacuans, ſomnus. Venus moderata, plenitudinẽ vacuat, corpus vegetius, & alacrius reddit. Itaq; ad vniuerſi corporis vacationẽ confert. Sed particulariter vaſa ſpermatica exonerat, & renum feruorẽ extinguit. Immoderata corpus ad tabem ducit. In omnibus autem particularibus vacuationibus tria præcipuè attẽdenda ſunt. Primò ne corpori non vacuato adhibeantur. Præmittenda enim ſemper vniuerſalis purgatio. Deinde ne influentibus, aut fluere paratis adhuc humoribus admoueantur: ſed quieſcentibus. quando inquàm malum firmatum, aut inueteratum fuerit, ip ſaque reſtiterit humorum fluxio. Quod reuulſiones, ac deriuationes priùs factas ſupponit. Nam ſi fluente adhuc humore adhibeãtur, ad partem affectam attrahent, & morbum geminabunt. Neq; ergo in principio neque in augmento, ſed vel in declinatione, vel conſiſtente adhuc, verùm inclinationi proximo morbo hæ adminiſtrandæ. Tertio cauendum ne viribus non integris pertententur, præſertim ſectiones, ſcarificationes, & cauteria: necnon ſudores, inedia plenioresque aliæ vacuationes. Particulatim autem apophlegmatiſmi in oris vlcerationibus vitandi: ſicut & errhina, in narium eroſionibus. Cùmque hæc adhibentur, os aqua tepida implendũ, ne de mordentis medicamenti materia aliquid in fauces trãſeat, & erodat. Sternuto-

Venus.

Apoph. & errhina.

ria in veteri ſurditate proſunt: in incompleta, & recenti, ualenti concuſsione materiam coaceruant, & ad debilem particulam impellunt. Oculorum affectibus ſuſpecta ſunt, ſicut & errhina: quæ licet ab oculis deriuent, ſua tamen acrimonia (quæ ſenſibiliter ad oculos perfertur) nouam materiam ad hos attrahunt. Quæ aurium ſordes expurgant, interdùm attrahentibus iuuari poſtulant: ꝙ materia in profundo poſita, paratum ad aures non habeat exitum. Quemadmodum verò neq; caput, ſine toto corpore, purgare tutum eſt: ita nec oculos, nec aures, nec nares, ſine toto capite. Priùs ergo apophlegmatiſmis, aut errhinis caput expurgãdum, quàm oculorum, narium, vel aurium curationem aggrediaris. Quæ pulmones expurgant, craſsiora eſſe debent, quàm ut elui & effluere ſint prompta. Ea ſupinus æger quàm diutiſsimè in ore tenebit, ac omnes qui illic sũt muſculos relaxabit, remittetque: quò ſenſim paulatimque in arteriam defluant. Si quis liquidioribus vti malit, ſciat ea dũ per multa corporis membra intermedia trãſeunt, hebeſcere, & uiribus ualdè diminutis ad partem affectam deferri: ſicuti libro primo oſtendimus, de ſitu partium capite quinto agentes. De uomitorijs capite ſexto huius libri diximus: quæ ad particulares ſtomachi uacuationes trãsferre promptum eſt. Clyſteres inteſtina particulariter vacuantes, petes ex capite ſecundo: neque enim hic acribus utendum eſt, ſed mollientibus, & blandè tergentibus. Medicamẽta ad hoc opus eliges ex capite quarto: in quo de blandis & faciliter purgantibus agitur,

Sternutatoria.

Ocularia.

Auricularia.

Pulmonica.

Vomitoria.

Clyſteres.

Purgantia med.

quæ vix primas venas attingunt: quod ad particularem ventris purgationem conducit. Nã valentiora medicamenta, non partem ſolam, ſed vniuerſum corpus expurgant. Ad iecoris caua, & lienem, clyſteres paulò ualentiores, nondum autem acres, adhibere oportet. Ad renes, & veſicam, meatuſq; vrinarios, diureticis tunc ſolum vtimur, cum aut vrinæ ſuppreſsio, aut calculus iam firmatus, aut tophi, aut ſordes, & arenulæ multę, moleſtiam attulerint. Vitandus alioqui diureticorum vſus in renum affectibus. Vſurpandus in expurganda iecoris gibba.

Mẽſtrua. Dãtur autem in potu, in puluere, in electario liquido. Menſes, cõſuetis fluere temporibus mouemus mulieribus non grauidis, per apozemata, ſyrupos, zulapia, potionibus aliis ex puluenibus & aquis ſtillatis vel decoctis, vel ex ſuccis expreſsis, necnõ pulueribus ſiccis, electarijs liquidis, interdum etiã ſolidis: Per inferna verò ſuffimentis per ſellam perforatam adhibitis, & vterinis clyſteribus, ſeu iniectionibus, & peſsis, linimentis: ſed & cataplaſmatis & emplaſtris forinſecùs admotis: necnon balneis aut naturalibus, aut alijs ad id artificiosę paratis. Quæ oĩa ex ijs quæ menſtrua ducere nata ſunt, aſſumenda. Duplex autem in his proponitur finis. Vnus ſanguinem attenuare, vt faciliùs fluat: Alter ora venarum aperire, quod admotis potiſsimùm efficitur.

Hæmorrhoides. Hęmorrhoides illitionibus, & cataplaſmatis ex propria, & conueniẽte materia, aperies: necnon ſcalpello. cuius tamen frequens vſus relaxationis, aut contractionis muſculi cauſa eſſe poteſt. Hirudinibus admotis ſanguinem fæculentum extrahere

here licet. Sudores exercitationibus mouere prō- Sudoriſi
ptum eſt. Sed præparandū corpus ad exercitatio- cis.
nes, primùm excremētorum eductione: deinde ēt
frictionibus mediocribus, per manum circūactus
vtcunq; celeres, nullo cōpreſſu graues, qui floridum
ruborē per totam cutē inducant. Quod vbi accide
rit, oleū infundendū, & infricandū nudis manibus,
quę medium inter mollem durumque modum ſer
uent. Sic.n. excrementa cutis extenuabūtur, & exi-
gui meatus laxabūtur, per quos ſudor motione ex-
citatus liberè erumpat. Crebra ēt frictione cū ma-
nibus calidis, aut cum linteis calidis ſudor elicitur:
præſertim ſi ab ea ægrum in lecto operimentis de-
nuò calefeceris. Quod & fomentis humidis, & ſic
cis, vt diximus, efficitur. Sed ſi tenuis pituita dolo-
rem inferat, ſicca fomenta humidis pręferenda. In-
unctionibus alijs, & ſuffitibus ex rarefacientibus
cōpoſitis, ſudor quoq; excitatur. Efficaciter, & ple
na totius corporis vacuationē, per ea quæ de mor-
bo parthenopæo dicta ſunt: Imbecilliùs, ſed cōmo
dè, per alia quæ ante relata ſunt. Quod & de cera-
tis, emplaſtris, & ablutionibus iudicare licet. Vtili-
ter, & haud vana fiducia ad id vtimur decoctis li-
gni Indici, Chynæ, Sarzæparillæ, & ſimilium: nec-
non balneis laconicis, & lauacris: interdum ēt ther
mis naturalibus. Tranſpirationem inſenſibilem fe- Tranſpira
rè promouent quæcunq; ſudoribus deſtinata ſunt. tio.
Sed modū, ſi vis, in his adhibere potes, ne ad ſudo-
res impellant: contentus breuioris temporis appli-
catione. Sed topicis, quę ꝑ halitū digerant, ac diſcu
tiāt, non niſi purgato vniuerſaliter corpore, alioq;
tra-

macis. Lignũ aloes, lignũ balſami, glycyrrhiza, lignum ſanctum. Semina fraxini, ocymi, pæoniæ, ſileris, aniſi, marathri, viticis, carei, amomi, dauci, ameos, petroſelini, cumini, liguſtici, grana tinctorũ, baccæ lauri, ſemen cardamoni minoris, & maioris, & milij ſolis: Flores ſaluiæ, anthos, ocymi, croci: Succus glycyrrhizæ, ladanũ, opobalſamum, lyciũ, mirrha, thus, lacca, Sal indus, ſulphur in aſthmate. Et ex animalibus blatta byzantia, cerebella paſſerum prolificis remedijs, caſtorium, renes ſcincorum, ſanguis hirci: ſanguis leporis, anatis, anſeris, gallinæ: Mummia, muſcus, ambra, zibbetum, mel, vinum, oleum, aqua vinis. Et ex compoſitis diapraſſium, diairis ſimplex & Salomonis, diacuminum, diacalamentum, diagalanga, diacoſtũ, dialacca, roſata nouella falsò credita conferre calori & ſiccitati ſtomachi, cordis, hepatis, pulmonis. Nam ægregiè calefacit: diacurcuma, diatrion pipereum, diaſatyrium, tryphera magna ſine opio, theriaca, mitridatium, aurea alexandrina, athanaſia: Conſerua acori, inulę, ſcabioſæ, anthos, ſatyrij: & zingiber cõditum, mel anthoſatum, & geniſtatum: Trochiſci è gallia muſcata, è rhabarbaro, ex eupatorio, è lacca, ex abſinthio, è capparibus, è ligno aloes: Quę ſanè humores attenuant, & concoquunt, ſimul etiam aperiunt, & abſtergunt, & partim robur inducunt. Leniũt, Diapenidion, cum ſpeciebus, diadragantũ calidum, & alipta muſcata. Aſtringunt verò, Miua aromatica Nicolai, & Diacitonium compoſitum eiuſdem, & conſerua ſymphyti maioris. Ad roborandum peculiaria creduntur, Confectio de hya-

cinto,confectio. alchermes,diacomeron,diambra, dianthos,pliriſarticon,diamuſcũ dulce,electariũ è gemmis,aromaticum roſatum,diamargaritum calidum,lætificans Galeni, cortex citri ſaccharo conditus, nux muſcata condita. Adde quæ pituitam, & atrum humorem præparant ſimplicia, & compoſita,capite quinto relata. Ex his fiunt potus cordiales;pulueres per ſe,vel cum vino, aut aquis electis, aut cum iure vtendi: & tabellæ, quæ electaria ſolida nuncupantur,necnõ electaria liquida, in forma opiatarum: & conſeruæ condita,mixturę ex pluribus,varijsque horum formulis. Tragemata etiam quæ dragetas appellant,ex aniſo, cinnamomo, caryophillis,cortice citri,ſeminibus fæniculi, abrotoni, ſantonici, abſinthij, pæoniæ, & ſimilibus. Horum vſu morbi reliquias cõſumere,& malam qualitatem frigidam & humidam emendare licet, addito ſimul robore. Frigida verò, que idem præſtãt

Frigida. in morbis,calidis, ſunt Radices cichorj, plantaginis,nenuſaris,plantago ipſa ſicca, & recens, myrti folia ſicca & recẽtia,pruna,tamarindi, punica, berberis,ribes: Sandalum citrinum, album, rubeum: Cortex granatorum,& tamaricis:ſeminà melonũ, cucurbitæ,cucumeris,citruli, endiuiæ,cichorij,ſcariolæ,portulacæ,acetoſæ,plantaginis,citri, roſarũ, papaueris:flores roſarum,violarũ, nenuſaris,myrti,tamaricis,balauſtia. Succus citriorum,limonum, roſarũ,acetoſæ,cydoniorũ,granatorũ,acetum,omphaciũ: acacia, hypociſtis, ſanguis draconis, canphora,memitha,opium: Gummi arabicum, tragacantha,ſuccinum, argentum, lapis hæmatites, co-

rallium album, & rubrum, hyacinthus, ſmaragdus, rubinus, granatus, ſapphirus, ſardius, lapis ſpongiæ, lapis iudaicus, vniones ſeu margaritæ: terra lemnia, bolus armenia, terra cretica: Raſura eboris, os cordis cerui, ſericum crudum. Compoſita hęc etiã habentur in officinis: Diadragantũ frigidum, diapenidiõ ſine ſpeciebus, diapapauer, diacodium, cõſerua roſarum, conſerua nenufarias, conſerua violarum, ſaccharum roſatum tabulatum, quę leniunt, & ſimul fluxum cohibent. Adſtringunt verò manifeſtè, diacitoniũ ſimplex, diacoralliũ, Trochiſci de charabe, de terra ſigillata, de bolo, de corallijs, de alchechengis, condita ex cydoniorũ ſuccis, carne, ſeminibus. Ad roborandum, & ſimul alterandum peculiariter facere arbritantur, Diamargaritum frigidum, & quæ Manus Chriſti perlata vocatur, & Diatriaſantalum: Trochiſcos è camphora, è violis, è ſpodio: conſeruas cichorij, acetoſæ, cucurbitas conditas, lactucam conditã, pyra condita, ceraſa acida condita ſaccharo, limones cõditos. Ex quibus potus cordiales, pulueres, electaria ſolida & liquida, & mixturæ ex pluribus, quæ mixta condita appellant, fieri poſſunt: necnon tragemata ex ſeminibus. Omnia ad emendandam calidam intemperiem, & exinguendas morbi calidi reliquias efficacia. Sicut & quæ ad bilem flauam parandam facere diximus capite quinto. Sed humida & ſicca, ex prædictis calidis & frigidis ſeligenda, vt ad contrarias intemperies medelam paratam habeamus. Humectant ex calidis bugloſſum, glycyrrhiza, manna, vuæ paſſæ, ficus, pinea-

Humectãtia.

rũ nuclei aqua calida tẽperati, conſerua bugloſſæ, & boraginis. Ex frigidis, ſemina melonum, cucumeris, cucurbitæ, citruli, bene mũdata: tamarindi; violę, roſæ recẽtes, portulaca, lactuca, maluá, melones, cucumeres, cucurbita, pruna, poma, plicata: tragacantha humidis remollita, diapendiũ, diapapauer, diacodiũ, cõſerua violarũ, lactuca condita, cucurbita condita, conſerua roſarũ recens. Cætera fe-

Siccantia.

Tẽperata.

rè exſiccant. Tẽperiem ſeruare dicuntur, zizipha, myxa, caro citrij, flores bugloſſę, & boraginis, amylum, penidiæ, ſaccharũ, gummi arabicum, cerebrũ leporis, & coagulum eiuſdem, aurum, myrobolani ſacchro conditi, mel uiolatum, & roſatum. Mixtis

Ad mixtas qualitates

humoribus deſtinata, radices filicis, tormentillæ, aſparagi: cortex radicis capparis, & median⁹ fraxini, capillares herbæ, lupulus, fumaria, millefolium, roſtrum porcinum, bugloſſa, borago, althea: ſemina aſparagi, hederæ, fraxini, altheæ: Flores chamæmeli, meliloti, lupuli, tamaricis: Lycium; ladanum, maſtiche. Quæque tota ſubſtantia iuuant, viſcum quercinum, lapis iudaicus, & lapis ſpongiæ, in calculo: & os cordis cerui, in cardiaca: Cranium humanũ, in epilepſia: mummia, in hæmorrhagia: coagulum leporis, ad conceptiouem: pulmo vulpis, in aſthmate, & phthiſi: Iecur lupinum, ad hepaticos: hepar caprinum, in caligine oculorum, ſanguis hirci, ad calculum: cornu cerui, ebur, cancrorum cinis, ſeta, cornu monocerotis. Et ex compoſitis, dia rodon abbatis, diatriaſantalum, conſerua radicis bugloſſæ, conſerua capilli veneris, & ceterach. Quibus addere potes quæcunque bilem craſſam

præ-

præparant. Hæc ſunt quæ morbis intrò adhiberi ſolent. Extrinſecùs verò diſcutientibus, cęteriſq; particularibus uacationibus, quod ſupereſt materię educitur: alterantibus verò mala qualitas caſtigatur parata ſemper in contrarium medela per illitiones, vnguenta, cataplaſmata, cerata, emplaſtra, epithemata, embrochas, fomenta, ſacculos, cucufas & ſemicucuphas, & frontalia, in capitis affectibus: per confricationes partis affectæ cum pulueribus, ſicut fit in cōmiſſura capitis coronali, ad diſcutiendū id quod ſupereſt, & ſiccandum particulam in humido excedentem. Necnon lauacris aut totius corporis, aut cęterarum partium: & pedum, & brachiorū ablutionibus, quibus ſæpè ſomnum conciliamus: ſuffimētis idoneis: odoramentis in ſuccis, in puluere, in orbiculis, in ſertis exhibitis: auricularibus clyſterijs, dentifricijs, gargariſmis in faucium morbis, & errhinis in narium affectibus: peſſis in vteri malis: balanis, & clyſteribus, quæ inteſtinorum vlcerationibus, inflammationibus, cæteriſque illorum affectibus, localium vicem ſubeunt. Quorum materiam ſuppeditabit caput decimum tertium. Ergo intùs, & extrà, morbi reliquias abſumere, & partium affectarum intemperaturas emendare licet per ea quæ in ſumma diximus. Topici

DE HOMERICA MEDICATIONE. Cap. XI.

CVm neq; victu, neq; vacuationibus, neq; alteratione morbus aboleri poteſt: ſed reſtāt ve-

luti ſeminaria, quæ recidiuas faciant, nec cæteris remedijs exingui queāt, ad appēſiones, & phyſi cas alligationes, quę obeſſe nullo modo poſsint, ſe conuertunt medici, multis experimētis de his cōfirmati. Qua ratione Dioſcorides ex Araneo lupo con-
Amuleta. fricato, & linteolo illito, mox fronti aut temporibus impoſito remediū parauit ad tertianos circuitus: qđ Manardus approbauit, & in profligādas anti quæ: febris reliquijs vſurpauit. Et Galenus pæoniæ miraculum retulit. Cuius radicem collo pueri appēſam, comitiales acceſsiones ꝓhibuiſſe affirmat: fa
6. ſimp. med. cto per detractionem experimēto. Detracta enim radice puer iterum conuulſus eſt. Magna autē recentis radicis parte rurſus ex collo eius ſuſpenſa, conuulſiones ceſſarunt. Quinetiā ſi cōpluribus linis, & maximè marinæ purpuræ, collo viperę iniectis, illis viperam præfoces: eaq; poſtea cuiuſpiam
10. ſimp. collo obuincias, mirificè ait prodeſſe tum pariſthmijs, tū omnibus ijs quæ in collo expullulāt. Et miratū ſe dicit, quòd ſtercus lupinum appenſum eui-
9. ſimp. denter iuuarit colicos. Fatetur etiam iaſpidi viridi vim ineſſe, qua appenſione & adhæſu os ventriculi roboret: & omphacitem ſuſpenſum iuuare mor-
Trallianus. ſos à vipera: & per Hieracitem & Indicum appenſione ſola profluentem ex hæmorrhoidibus ſan-
lib. 1. guinem ſiſti. Alexander Trallianus in artis operibus excellens, nullū remedij genus medicò prætermittēdū cenſuit. Itaq; & corallium, & Iaſpida cærulæum, & fuſcū, & lapillos qui deſectis hirundinū pullis inueniuntur, & vermes è caprino capite deci dētes, pelle ouis nigræ exceptos, iuxta oraculū De-

mocrati redditum, comitialibus alligat, & appẽdit. Pręterea etiam frontem aſini, & clauum ex cruce, vel ex nauigio confracto exemptum. Colicos verò ſanat, ſtercore lupino in canalem incluſo, dato ad geſtandum in brachio dextro, aut fœmore, aut lũbis, per acceſsionem: & alligatorio ex corde alaudę viuenti exempto, fęmori ſiniſtro circumdato: necnon porci inteſtino recto, aſſumpta ex eo mammoſa ſubſtantia, quã myrrha inuolutam, ligatamque in pelle lupina, aut canina geſtandam præbet luna abeunte à Sole. Addit aliud, quod ait valdè efficax: vmbilici infantis nuper nati pręciſi, paululum in argentum, vel aurum includito, cum modico ſale: qui geſtat hoc alligatorium, dolore prorſus nõ corripietur. Idem ex neruis ongari, apri, ciconię, medicamentum naturale, admodum celebre, & à multis (vt ait) comprobatum exhibet podagricis. Et pedes, & manus ꝑſeruat neruis vulturis alligatis: & leporis talus articularios affectus alleuiat, necnon cute vituli marini, & Magnete lapide, & Aethite, & radice cotyledonis. Quotidianas etiã curat Aetite lapide corpori alligato: necnon Araneo, linteolo illigato, & ſiniſtro brachio appenſo. Quartanis verò adhibet ſcarabęum, lacertam viridem, reſegmina vnguium, pilos ex gena hirci acceptos, ſanguinem menſtruum primum à virgine ſecretum, aliaque haud dedignanda, quę naturali contrarietate, & ratione arcana depehenduntur conferre mirabiliter. Multa huiuſmodi habet Aetius, quę longum eſſet recenſere: ſed quędam attingemus, quę propoſitæ medicationi fidem faciant.

lib. 10.

lib. 11.

lib. 12.

Aetius.

Magnetem lapidẽ detentũ manu, chiragricorũ ac podagricorũ dolores ſedare ait:necnõ cõuulſis opitulari. Ophiten quoq; lapidẽ adalligatum ad viperarũ morſus conducere. De Hieracite etiã, & Indico, ſimilia ex Galeno refert. De Aetite verò ita loquitur: Aetites lapis agitatus ſonitum edit. velut ex altero lapide prægnans. Fœtus vuluarum lubricarũ retinet: ſiniſtro brachio ad alligatus. Verùm tempore partus adimendus eſt de brachio, & fæmori adalligandus: parietque prægnans citra dolorẽ. Et paulo poſt Iaſpidẽ viridem ad eadem quæ Galeno retulimus, pro amuleto ſuſpendi, & alligari ſcribit. Fumoſum vero magna tutela ad ſeruandas ægrè parietes conferre dicit: hydropicis quoque accommodè alligari: adalligatum maxima vulnera ab inflammatione, atque dolore tueri. Galactitem lapidem appenſum pro amuleto lac augere ait: & ſi vir in coitu candida faſcia pedem dextrum ligauerit, maſculum generaturum: ſi autem ſiniſtrum colorata faſcia circundederit, femellam: & genitale cerui circumligatum fæmori, ad mentulæ facere erectionem. De Hianæ verò dixit, ſeruari eius pellẽ, quam circundent morſis à cane rabido. Nam proprietate naturæ prohibet ne incidant in aquæ timorẽ: eos verò qui iam inciderint, iuuat, & mẽti reſtituit. Nec prætereundum quod ſcripſit de Catulo. Admotum cuicunque corporis parti, morbum ad ſe trahere, ſanatoque ægro, catulum emori. Itaque oportere hunc diligenter ſepeliri. Sed redeamus ad Dioſcoridẽ, qui mirabile de Araneo lupo experimentum, nouiſsimè à doctiſsimo Manardo

vſur-

vſurpatum propalauit. Addidit vero vermiculos in capitulo dipſaci inuentos, in aluta clauſos, tum col lo brachiove hominis ad alligatos, quartanas finire febres: quod multis noſtri æui empiricis probatum eſſe audio. Eidem pes leporis herba, inguinum inflammationes tollit: quod & facit inguinalis vocata, decerpta ſiniſtra manu, & fæmori alligata. Cirſij verò radicem religatam, qua parte ſentiantur, varicum dolores finire ait, aſſeuerante id Andrea Barbario. Idem lepidij radicem collo appendit ad dentium dolores: & plantáginis radicem ad ſtrumas: & Anagyrim in ſyluis frequentem, ad accelerãdos partus. Verumtamen à puerperio ſtatim auferri iubet, & abijci. Refert etiã Aſplenion ſilente luna nocte effoſſam, ſterilitatem inducere per ſe, & ſi cum muli liene corpori adalligetur, & Aſparagi radicẽ non ſolum epotam, ſed & alligatam, in fœminis ſterilitatem, in maribus prolifici ſeminis priuationem facere. Viticem in itinere intertrigines arcere, ſi virgã eius manu uiator teneat. Onoſmatis folia abortiua eſſe prægnantibus, ſi ſuper eam tantum grauidę ingrediãtur. Plenus eſt huiuſcemodi remediorũ Dioſcoridẽs: pleniſſimus Plinius. Cuius tamen au thoritatẽ producere nõ audeo, ne quid extra legiti mos medicinæ profeſſores adferre videar. Dixi de Galeno, de Dioſcoride, Alexandro Tralliano, & Aëtio, artis numinibus. Quibus authoribus amuletorum, quæ & alligantur, & admouentur, & geſtantur, doctrina probata eſt: vt optima ratione feciſſe videamur, quod ea quę à methodo ſeparata eſſe dicebantur, in methodum reduxerimus. Nec culpã-

di

6.ſimpl. di ſumus, quod in eis colligendis operam collocauimus. Nam id Galeni exemplo fecimus, qui & ea approbauit, & plurima retulit, & de talibus ſe latius conſcripturum promiſit. Rationem tamen horum reddere volens, nihil præter partes quaſdã inſenſibiles à rebus illis defluentes, ac deinde per inſpirationem attractas: aut aerẽ ab illis aſsiduè mutatum, & alteratum, ſuſpicari potuit. Rectiùs alibi, ad totius ſubſtantiæ proprietatem confugit. Cuius naturæ plurima etiam in interioribus adhibentur, quæ præteriri nõ debent. Videlicet Iecur lupinum ad omnes Iocinoris intemperies: Cor & pulmo erinacij, & vulpis, ad pulmonicos: os cordis cerui, cardiacis: hirundines, in angina: Mummia, & ranarum cinis, in hęmorrhagia: hepar caprinum, in oculorum affectibus: viſcũ quercinum, cranium humanum, cuculi caro, & cinis, iecur milui, cinis panni madefacti sãguine viri ſingulari certamine, vel aliter occiſi, in vertiginoſo & comitiali omni affectu: ventriculus gallinæ, ſtomaticis: inteſtinũ rectum albi vulturis, & ſtercus lupinum, colicis: lapis Iudaicus, lapis ſpongię, ſanguis hircinus, Troglodytes auicula, ad calculum: coagulum leporis, cerebella paſſerũ, ſecundinæ mulieris enixæ, ad conceptionem. Huius generis ſunt & Mercuriales herbę, quarum mas vt mares gignantur facit: vt fœminæ, fœmina. hoc contingere produnt, ſi à conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo. Satyrij quoque radicis pars inferior, & maior mares gignit: ſuperior, ac minor fœminas. Ariſtolochia oblonga à cõceptu admota vuluis in carne bubula, mares figurat. Idem cõtingere pu-

putant ſi carnem vituli cum ariſtolochia inaſſatam edant mulieres circa conceptum. Mares ēt concipi vuluis leporum in cibis aſſumptis: hoc & teſticulis eorum, & coagulo profici. Extat apud Pliniū confectio, quò pulchri boniq; gignantur liberi: è nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, poſtea admixto Theombrotio, & lacte bibant generaturi, à conceptu puerperæ partū nutrientes. Ita fieri excellentes animo, atque forma tradunt. Stellione cremato, ac læuigato, & oleo diſſoluto, Paulus magnum digitum dextri pedis inungit ad potenter exercendam venerem. Cancros, ad rabidorum canum morſus omnes prędicant. Theriacas, ad venena. Sua ēt habent alexipharmaca, ſingula venena: quæ proprijs capitibus tradita sūt. Plura internorum amuletorū experimenta habēt Dioſcorides, Plinius, Alexāder Trallianus, Aetius, Chyrannus, Razes in libro de ſexaginta animalibus, atque omnes ferè tum recentiores, tum veteres medici. A quibus quicquid horum eſt, ſeligere, atque ſuo loco experiri licebit: addita ēt eorum quæ apibus, veſpis, ſcorpionibus, viperis, cęteriſq; venenū eiaculantibus aduerſantur, enumeratione. Supereſt vt de calliditate & aſtutia, quæ veluti ſtratagemate procedit, dicamus. Hanc enim Homericę medicationis partem facimus, ab amuletis, caracteribus, & carminibus omnino diuerſam: naturalē ipſam, ſed prudentiæ magis quàm artis participem. Philodotus medicus ei qui caput ſibi amputatum credebat pileum impoſuit plumbeum: quò grauitatem ſentiens æger, caput ſe recepiſſe putauit. Mulierē Me-

Veluti Stratagemata.

lancholia laborantem quidam hoc pacto curauit; Cùm putaret illa ſerpentem ſe deuoraſſe, vomitũ medicamento citauit, atque in id quod reiectum fuit, paruam beſtiam per omnia imaginationi illius ſimilem latẽter impoſuit, perſuaſitque ſerpentem illum fuiſſe, qui in ventriculo moleſtiam inferebat. Alius qui ſe flammis aduri imaginabatur, poſitis latenter ſub lecto ignibus, ijſdemq; cum ſtrepitu & clamore ſublatis, falſa perſuaſione liberatus eſt. Maniacos, qui cacodæmonibus obſideri videntur, ceremonijs, & idoneis prę ſidijs aqua luſtrali propinatis, pleriq; curauerunt. Singultum repentino aliquo terrore, aut metu ſedari notum eſt. Podagricos etiam & paralyticos ſubito aliquo incẽdio, aut rũinæ, vel occiſionis periculo, curatos vidimus, & motionibus ſuis reſtitutos, cùm antea immobiles, & impotentes in ſtrato iacerent. Pari modo ad afficiendam imaginationem, & confirmandam de vtili remedio opinionem, quidam numeros adhibuerũt. Sicut Archigenes polygoni ramulos duos coronę modo capiti affecto imponens: cum tres ẽt, & quatuor non minori virtute præditi ſint. Sic etiam Dioſcorides Verbenacæ ſupinæ tertium à terra geniculum, cũ adiacentibus folijs, contra tertianas dari ſcribit: & quartum, contra quartanas. Dixit quoque ante acceſsiones febrium, cum vino pota quatuor heliotropij maioris ſemina, quartanas: tertianas verò, tria finire febres. Quod & de trifolij folijs, & ſeminibus affirmauit. Creduntur etiam, eodem authore, plantaginis integræ radices tres in vini cyathis tribus & pari aqua potæ, tertianas: quatuor

tuor verò, quartanas febres, ſoluere. Idem quadraginta diebus tum viro, tum mulieri perpurgatæ, cratæogoni ſemen potandum præbet ad maſculi generationem. Quod ad augendam ægrotantis credulitatem effictum eſſe ex eo conſtat, quòd & tertianis quatuor & quinque heliotropij, & trifolij ſemina non minùs ſint profutura, quàm tria, & quartanis ſex, aut ſeptem, nõ minùs quàm quatuor. Nam vim quandam agentem numeris ineſſe mihi nondum perſuaſi.

DE INSTAVRATIONE *& conſumptæ aut deperditæ ſubſtantiæ reparatione, ac reſtitutione.* *Cap.* XII.

DVO capita habet hic ſcopus. Aut enim inanitione, indigentia, & ſiccitate laborantẽ reparat: Aut eos qui morbum iam euaſerunt, ac ſecundum habitudinem ſani ſunt, reſtituit, & inſtaurat. Quorum illud ad therapeuticem, hoc ad analepticem pertinet. Curatur inanitio, ſiccitas, & deficientia, appoſitione, & additione, iuxta medicinæ definitiouem ab Hippocrate in libro de flatibus aſſignatam. Appoſitio victu potiſsimũ efficitur: ſed & medicamenta, & balnea in ſubſidium aduocat. Victus qui parum nutriat hic improbatur, licet concoquendi facilitate præſtet: qui maximè nutriat, vt caro ſuilla non admittitur, quòd concoctioni reſiſtat. Itaque lac, & ptiſanam hordei diligenter coctam, & alicam ptiſanæ ritu præparatam, & panẽ 7. Met.

purum

purum curioſè in furno coctum, & tum fermenti, tum ſalis quod ſatis eſt habentem, & opſonium ex piſcibus ſaxatilibus, aut ex albo iure aſellum, eligit Galenus: præterea alas, teſteſq; gallinacei, qui lacte ſit altus: & perdices, oua, aliaq; id genus, quæ ad plenum ſimpliciter victũ ſpectare diximus. Quibus, vbi vel immodico ſudore, vel alui fluxu, vel copioſa alia vacuatione exhauritur corpus, omphacium, acetum, ſuccus cydoniorum, & medicamentorum adſtringentium portiunculæ adijciuntur: ſimul ẽt ſolidiore ſubſtantia, & potus parcitate retentioni

Balnea. proſpicitur. Extrinſecùs etiam quæ roborẽt, & adſtringant admouentur. His verò balnea non adhibebimus: ſed hecticis, & citra alium humoris effluxum ſiccitate, ac humidi conſumptione laborantibus. Balnea autem ex aquis dulcibus parabimus, inferemuſque flores, & herbas, atq; alia plurima quę familiariter humectare nata ſunt, cauẽtes ab ijs quę

7. meth. malum odorem reddunt. A balneo, quod temperatiſsimum eſſe oportet, frictionem eã adhibere conuenit, quæ eatenus calefacit, dũ corpus intumeſcat, præſertim ſi caloris exceſſus ſiccitati cõiunctus nõ ſit: ſed vt primùm intumuerit, tunc eſt deſiſtendũ. At intumeſcunt corpora quædam magis, quædam minùs. In quo diſcrimine verendum ne dum ad renutritionem hominem pręparas, etiam frictione illa vacues. Nam qui gracilis eſt, poſtquàm leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaque diligenter attendendum eſt, ne clam te elabatur propoſitus tẽporis articulus. Siue igitur hominem qui extrema gracilitate eſt, perfriçes, ſufficiat tibi ſolus rubor:

ſiue laues, ſatis eſto mediocris calor. Si quid vltrà peragas, reſolues hominẽ magis quàm nutries. Vngendum verò poſt lauationem oleo eſt, ne videlicet plus iuſto digeratur, ſed obſtruantur exigua cutis ſpiramẽta. Idem protinus & ſiccitatis remediũ fuerit, & aduerſus incommodum quod ab aẽre ambiente contingit, veluti munimentum. Lauabis autem bis, aut ter hominẽ: & ſtatim à lauacro lac dabis, aut ptiſanam, aut aliquod ex prædictis alentibus, & coctu facilibus. Modicum verò temporis inter primam & ſecundam lauationem interuallum erit ſi quatuor, aut quinque æquinoctialium horarum ſpatium interſit, ſcilicet ſi tertio adhuc lauare paras. ſin aliter, plurium. Sanè tertio lauabis, ſi multis lauationibus fuit aſſuetus. Hi namque & delectantur, & iuuantur, ſi ſæpè lauent. Quinetiam poſt quanq; lauationem hominem vngemus priuſ quàm ſe veſtiat: quippe cõducit ad renutritionem id quoque, ſicut & frictio. Hecticos, quia calorem ſiccitati coniunctum habent, à balneo illo temperato in aquam frigidam demittere oportet: alioqui non iuuantur. Vbi autem extracti fuerint, primò vnam, & deinde alteram ſindonem ſuperinijcies: ſicq; inuolutum ad lectũ duces, & primùm ſpõgijs tergebis, deinde mollibus linteis, blãdiſsima in omnibus contrectatione. Poſthæc, pluuię nudos expones, & refrigerantibus humectantibusq; inunges. Sępius die cibum offeres temperatum, nõ actu frigidum, potionem tamen frigidam. Motus vehemẽtiores. Iram, venerem, medicamenta purgantia, & quicquid vires reſoluere põt, ipſi interim vitabunt. 10.met.

Medi-

Medica-menta. Medicamenta quę ſiccis in temperaturis exhibentur, ſunt ſyrupus violatus, de pomis, de cucurbita, de portulaca herba, de papauere: diadraganthum frigidum, electarium reſumptiuum, diapenidion ſine ſpeciebus, diapapauer, penidiæ, conſerua violarum, conſerua roſarum adhuc recens, lactuca cõdita ſaccharo, cucurbita condita, ceraſa condita, cucumeres conditi: panes ex amylo, aqua roſata, & ſaccharo: quæque nebulæ vocantur, ex eadem materia: frigida hęc omnia, ſicut & malua, lactuca, acetoſa, ſpinachia, portulacæ decoctum, poma, perſica, mora, pruna dulcia, tamarindi, melones, cucumeres, cucurbitæ, citruli, atque horum ſemina mũdata: nam in corticibus aperiendi vis manet. Adde flores violarum, & roſas recentes. Nam nymphææ florem humidum eſſe non mihi conſtat, ſed Radicem & ſemen ſiccare compertum eſt. His ſaltem in iuſculis vti licet. Si vero etiam temperatum calorem requiras, dabis bugloſſum vtrunque, vuas paſſas, caricas, zizipha, myxa, pinearum nucleos aqua calida temperatos, piſtacia ſimiliter temperata, vt oleum deponant: necnon auellanas, amygdalas dulces, myrobalanos ſaccharo cõditos, placentas, tortas, mazas, paſtas regias ex dictis fructibus: Sacchara tos paruos panes ex amylo, cinamomo & aniſo conditos, additis interdum capi, perdicis, aut phaſiani pulpis: Cõſeruas bugloſſę, boraginis, carnem citrij ſaccharo confectã, aliaque huiuſmodi. Quorum omnium vſum ex particularibus indicationibus metiri oportet. Nam calidus morbus ſiccitati coniũctus, remedijs eget cum humectatione refri-

ge-

gerantibus: frigidus verò calefacientibus, contraria ſemper medicatione. Quam regulat proprium corporis temperamentũ, quod ſimilibus ſeruari debet, vt ſępè diximus. Singulis partibus ſuas alimentorũ ſubſtantias ſuggerere oportet: ſpiritus aere, ſolida membra ſolido nutrimento, carnoſum genus per eã rerum naturam quæ in medio humidiorũ ac ſolidorum corporum eſt reparãdo. Qua ratione etiã viribus proſpicitur. Aer ſi temperatus non eſt, aut contrarius morbo eligendus: aut ita alterandus vt affectui reſiſtat. Sed hyeme, ac uere, quia ventres natura calidiſsimi ſunt, & ſomni longiſsimi, copioſiora alimenta exhibenda ſunt & ſanis, & ægris, & inſtauratione egentibus. Æſtate, & Autumno, cibos difficilimè ferunt: Hyemem, facillimè; ſecundum locum Ver habet. Potus verò per Hyemem parcior, à vere ad æſtatem vſquè ad autumnum gradatim plenior admittendus. In ætatibus, conſiderandum quod ab Hippocrate dictum eſt. Senes facillimè ieiunium ferunt: Secundo loco qui ętatem conſiſtentem habent minùs adoleſcentes: omniũ minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt uiuidiores. Nam qui creſcũt, plurimũ calidi innati habẽt, plurimo igitur egent alimẽto, alioquin corpus abſumitur. Senib' verò parũ calidi innati ineſt, paucis propterea fomitus egẽt, quia à multis extinguũtur. Victum etiam humidum dixit maximè conferre pueris, & alijs qui tali victum vti conſueuerunt: Quas ætatũ ꝓprietates in reficiendis ægris, & nutriẽdo, obſeruare cõuenit: vt ꝓ ſingularũ captu, alimẽta copioſiora, aut potiora, & vel humidiora, vel

Aph. 15. lib. 5.

Aph. 18.

Aph. 13.

Aph. 14.

Aph. 16.

P ſoli-

ſolidiora offerantur. Dixit Hippocrates de cõſuetudine, ꝙ quæ ex longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora ſint, inſuetis tamẽ minùs moleſtare ſolent. Condonandum etiam ait, aliquid tempori, & regioni, & ætati, & conſuetudini. Neq; verò offendenda eſt naturę proprietas, ad hæc & alia, alioqui ſalubria, benè, maleve ſe habens. Ad quam (vt videtur) reſpiciens Hippocrates, dixit Paulò deteriorẽ potum, aut cibum, ſuauiorem autẽ, melioribus quidem, ſed minùs ſuauibus pręferendum. In ſexus diſtinctione, prouidendũ mulieribus vterum gerentibus: quas & melioris ſucci alimentis, & ſępiùs cibare debemus, ne aut fœtus, aut mater, in aliquo deficiant. Vberiùs enim in duobus, quàm in vno agendum: ſed pro ventriculi capacitate, quam comprimit fœtus, ſingulis vicibus cibum offeremus, cauẽtes ne quid nimis. Diximus etiam pro vitæ actione negotioſa, laborioſa, otioſa, calida, frigida, humida, ſicca, hunc ſcopum variari. In omnibus hoc ẽt aduertendum eſt, quòd vbi cibus præter naturam plùs ingeſtus eſt, hic morbum facit. Plurimùm ẽt, atque repentè replere periculoſum: quoniam omne nimis eſt naturæ inimicum, ſed quod paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum quùm ab altero ad alterum tranſitus fit. Immodicũ enim non poſſe concoqui nouimus: itaque eius vſum corrumpi neceſſe eſt, & magis cùm in imbecillam naturam inciderit, qualis quæ aut morbo adhuc affligitur, aut nuper morbo, & medicamentis afflicta langueſcit, donec integrè ſanitati reſtituatur. Sed quæ longo tempore extenuata ſunt, lentè reficere oportet; quę verò

Aph. 50. libr. 2.

Aph. 38.

Aph. 17.

Aph. 51.

rò breui, breuiter. Quod in reſtituendis eis qui è lõgis, aut acutis morbis emerſerũt differentiam conſtituit. Hos autem reficientes, iudicationem præceſsiſſe indicamus. Alios vero qui ex inanitione, penuria, & ſiccitate laborant, per omnia morbi tẽpora reficiendos intelligimus conuenientibus alimentis, & ſi opus ſit, medicamentis alterantibus, & balneis. Sed ita, vt gradatim ab ijs quę à tenui victu (qui in iudicatione proximè adhibebatur) deflectunt, ad ea quæ valentiùs hæreant, ac nutriant conſcendamus. Et ſi à morbo cibũ aſſumens quis non corroboratur, pluri alimento corpns vti ſignificatur: quod ſi non aſſumẽte cibum hoc accidat, ſcire oportet ꝙ indiget vacuatione. Eius aũt qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malũ. Fit enim hoc vel ex potentiæ qua corpus nutritur imbecillitate, vel ex malorum humorum ſuperabũdantia nondum plenè vacuata, quæ recidiuas minetur. Itaq; hanc vacuare oportet priùs quàm ad renutritionem accedas: ne corpora impura nutriendo magis lædas. Hæc eſt ratio curandæ ſiccitatis, & deficientiæ: necnon reſtituẽdæ in ijs qui morbum iam euaſerunt, conſumptæ, aut deperditæ ſubſtantiæ. In qua recentiores ſuas operas collocarunt, vt doctiſsimis antiquorum inuentis aliquid adderẽt. Nec infœliciter nauarũt, meo quidem iudicio: ſed tanquàm pueri in collo gigantis, longius proſpexerunt. Cùm.n. Galenus fateretur ibi maximè nutriẽdũ, quęq; in ſummo nutriãt eſſe diceret glutinoſi, crasſiq; ſucci, vt pote quæ adhærere debeant, & firmiter adfigi, non autem præ tenuitate diffluere:

Aph.7.

Aph.8.

Aph.31.

Aph.9.

Inſtaurationes recentiorum.

7. Meth.

ſuillam tamen, aliaq; craſſioris illius ſucci hac vna ratione improbauit, ꝙ non facilè coquerẽtur in ſanis, minuſque ab imbecilla natura confici poſſent. Nec verò quod facillimum concoctu ſit admittere voluit, cùm ſcilicet ipſum nequeat maximè eſſe nutriens, quod hic deſideratur. Cùm igitur hæ indicationes ex aduerſo pugnent, monuit committendũ non eſſe, vt dum alterius exceſſui nimium ſis intentus, alterius omnino obliuiſcaris: ſed vt vtriuſq; memor, quo ad licet vtrunq; miſceas. Quod præceptũ vbiq; memoria teneri voluit. Reſtabat ergo vt poſteritas modum inueniret quo craſſiora illa facilis concoctionis redderentur, vt citra laborem plenè nutrirent. Id ſanè deſtillationibus effecerunt, non ſuillas vt pote minùs ad deſtillandum idoneas, ſed teſtudinum carnes natura ſua glutinoſas, & craſsi ſucci, duplici vaſe in balneo mariæ, vel igne ſicco deſtillantes. Quo modo extrahitur ſucces, à terrena & craſsiore ſubſtantia (quæ concoctioni reſiſtebat) ſeparatus: qui & pleniſsimè alat, & facillimè concoquatur, & per vniuerſum corpus promptiſsimè diſtribuatur. Pari modo capos, perdices, turtures, hædos, limaces deſtillant vaſe vitreo, igne minimè fumoſo, lento primùm, deinde paulatim adaucto, donec penitiores ſuccos educãt. Sic ſanè quod de alimento vtile eſt, propinant: quod fæculẽtum, craſſum, atq; inutile, in fundo vaſis relinquũt. In quo imitantur naturam, quæ in alendo quod fæculentum eſt ſequeſtrat, & expellit: quod familiare, retinet, & in eius quod ali debet ſubſtantiá conuertit. Oſtentant empirici aurum potabile, olim de

im-

impoſtura ſuſpectũ, hodiè ſatis frequens, & expertum ad reparãdas quę collapſa ſint, corporis vires. Animi deliquia ſanant promptiſsimè, aqua vini ad quintam quandam eſſentiam iterata deſtillatione, ac crebra circulatione perducta. Solida verò corpora, & carnoſum genus reſtituunt medici, ſucco ex carnibus veruecinis, è capo, è perdice, & ſimilibus expreſſo: & ſanguine turturis calido & recēti, conſumptis iuſculis, gelatina, alijsque huiuſmodi. Ad voluptatem etiam parant placentas, mazaſq; ex amygdalys, pineis, & ſaccharo: & ſaccharatos paruos panes: & Nebulas vocatas: conſeruas, condita, de quibus ante diximus. Pro myſterio habent inſtaurans quod ex capo viuo diſcerpto, excoriato, ac minutiſſimè inciſo, contuſis etiam oſsibus paratur. Quem cum aureis anulis, & catenis bullire faciunt in phiala vitrea, igne balnei Mariæ, duplici vaſe. Sæpè enim gēmas, & ſpecies cordiales adijciũt. Extrahitur poſt longam, lentamque decoctionem ſuccus, ad reparandas vires idoneus, & abundè nutriens. Ex perdicibus, alijſq; boni ſucci alimentis ſimilem decoctionem parare potes. Sed ſi æger ad tantam imbecillitatem venerit, vt nihil per hos aſſumere queat: aut in faucibus, aut gula morb⁹ ſit, qui cibo viam præcludat: aut vomitu quæcunq; dederis reijciantur, quid ages? Clyſteres nutrientes inijcies: quos primùm ex lacte, aut iure pulli nondum conſumpto, aut cremore hordei, parabis. Quæ vbi videris rectè confici, pleniùs nutrientium aliquid addere ne verearis, modo morbus id requirat: ad inteſtinorum tamen facultatem concoctricē ſem- Clyſteres nutriētes.

per attentus, quam facultati vẽtriculi ſimillimam, imbecilliorẽ tamen eſſe ex Galeno didiceris. Priùs tamen q̃ huiuſmodi cryſteres admittas, alui excrementa eluere oportet, ne alimentis permixta venas vitioſis ſuccis impleant. Noui hominem gracilem, qui cum angina difficillima laboraret, triduum mãſit ſine cibo, & potu, nequicquam per os aſſumere potẽs: ſed ſolis clyſteribus vitam ſuſtentauit, quos ex decocto capitis veruecini, & iure capi familiares ei parabãt. Vires etiam per aliquot dies tuemur odoribus. Aiuntq; Democritum odore pomi vitã in aliquot dies, amicorum gratia, ſibi prorogaſſe. Præſtat panis calidus vino odorifero, aut aqua vini immerſus, & naribus admotus: quẽ ſi temporibus, & coſtis Cataplaſmatis modo ĩpoſueris, vires ęgregiè reſtitues. Medici potionibus cordialibus ad id vtuntur: de quibus diximus capite decimo. Teſtatũ Conciliator Apponenſis vitam moribundã ſe producere conſueuiſſe compoſitione ex croco, & caſtorio, contuſis, & vino commixtis: ſenibuſq; eam exhibet, olfactu tamen magis quàm potu profuturam. Depuratisſima aqua vini cum ſpeciebus cordialibus epota, mirabiliter id operatur. Loquelam amiſſam reſtitues admota capiti pelui calefacta: immiſſo etiam intra os caſtorio, theriaca, croco, cũ aqua uini, admotoq; temporibus, & regioni cordis pane toſto uino madefacto. Eos uerò qui ab acutis febribus colliquantibus in hecticas migrarunt nulla re meliùs reparabis q̃ lacte aſinino, aut caprinó cũ ſaccharo multo: aut cremore hordei cũ lacte parato, & hydroſacchati potu. Atque hæc de inſtau-

Odores.

ratione ſufficiāt. Nā qđ ad cōſumptę in vulneribus ſubſtātiæ reſtitutionē attinet, capite ſequenti, una cum cæteris chirurgiæ intentionibus, explicabitur.

DE CHIRVRGIA.
Cap. XIII.

CHirurgia neſcio qua ratione è doctorū manibus erepta, & à medicorū exercitatione ſeparata, externos morbos ſibi hodiè vēdicat: cutis fæditates, tumores præter naturā, luxationes, fracturas, contractiones, vlcera, cōtuſiones, vulnera curāda ſuſcipit, manualesq; operationes oēs ꝑ ferrū & ignē exercet. Cutis fæditates recētes quidē tergētibus emēdat: veteres etiā diſcutiētibus reſoluit, admixtis ſemper quæ parti robur inducāt, adſtringētibus. In tumoribus præter naturā dū ſubtiliter omnia perquirit, à methodo recedit. Nā dū indicationes cæteris affectibus cōmunes, tumoribus peculiares eſſe putat, artē peruertit: aliaq; multa prætermittit neceſſaria, quę in genere poſita, in particularibus exerceri debēt. Cuius generis ſunt, ætatis, cōſuetudinis, tēporis, regionis, aliorumq; conſiderationes, quarū nulla fit apud eos mētio: quaſi ſolæ à tumore, & parte affecta indicationes ſatisfaciāt. Sed nec quæ à parte ſumitur indicatio tumoribus magis eſt peculiaris q̄ vulnerib⁹, vlceribus, cæteriſq; huiuſmodi affectibus. Qđ ad eorū, quæ dicturi ſumus, intelligētiā præmiſimus. In tumoribus ſanādis præcipuas duas habemus indicationes: vnā curatiuā, alterā prophylacticā. Curatiua, ab affectu ipſo ſumit,

Cutis fæditates.

Tumores præter naturam.

id quod in tumorē præter naturam elatum eſt, uacuandum indicās. Prophylactica, fluenté ad parcē humorem auertere, atq; aliò trāsferre docet. Duobus his membris contenti, tertium illud quod chirurgi ſecundo loco cōſtituunt, de dolore, aliave re per quam fit attractio, vel mouetur fluxio, ſedanda, appendicem extraordinariā agnoſcimus. Auerſiones facere docuimus capite ſeptimo, & octauo: peculiares etiam à parte affecta vacuationes, capite nono. Poſtquàm ergo fluxionem auerterimus, ad alterum curationis membrum nos conferemus, id quod in parte collectū eſt uacuantes, primùm quidem repellentibus, deinde adiectis gradatim diſcutientibus, & tandem purè diſcutiētibus. Sed ſi reſolutioni reſiſtat materia, pro diſcutientibus relaxantia, maturātia, & cōcoquentia adhibere cōuenit. A quib⁹, cū tumor cōcoctus ac ſuppuratus fuerit, ferro, aut igne, aut cauſticis medicamentis aperiēdus. Quod ſupereſt, emiſſo pure, vlceris modo ſanabit. Vbi durities adſtiterit, pro repellētibus mollientia vſurpare præceptū eſt: indè ad diſcutientia, uel maturantia ueniēdum. In ſumma uerò decem enumerantur quæ repellentium uſum prohibeāt: materia in emunctorio: materia in quacunque parte tumorem fecerit, uenenoſa, craſſa, dura, & ad motū inepta: eadē tenax, & fortiter impacta: tumor criticus: tumor à cauſa primitiua: corpus plethoricū, & admodum plenum: corpus imbecillum, & uiribus deſtitutum: tumor iuxta principem aliquam particulam: dolor uehemēs ſtatim in tumoris initio, cuius gratia nō repellentibus, ſed mitigatorijs auxilijs uti cogimur.

cogimur. In cæteris verò vel diſcutientibus, vel relaxantibus & ſuppurantibus, vel tantum mollientibus vtendum: interdum etiam attrahentibus, vbi tenax & fortiter impacta fuerit materia. In quibus ab imbecillioribus auſpicari, & paulatim ad valentiora tranſire conſilium eſt. Quæ omnia per indicationes ducenda à morbo, cauſa, & ſymptomate: à totius corporis temperamẽto: ſed præcipuè à parte affecta, conſiderata in ſua temperatura cũ reliquo corpore eadẽ, aut diuerſa: necnon in figura, ſitu pręſtantia, ſenſus acuitate vel hebetudine, prout capite quinto primi libri explicata ſunt. Nec omittenda cætera quæ in ætate, conſuetudine, ſexu, vitæ actione, naturarum proprietate, & alijs cõſiderata ſunt. Quæ veluti locos cõmunes curationũ omnium haberi voluit Galenus. Luxationem curant primò luxati articuli, & ſuo loco moti in propriam ac naturalem ſedem reductione, leni, ac minimùm vt fieri poteſt, dolorifica contrectatione. Secundò, eius quod repoſitum eſt retentione, roboratione, ac firmatione, per roſaceum, & ſtuppas, & pannos multiplices ouorum candido perfuſos, & faſcias poſca madẽtes, necnon per ferulas ex corio, vel papyre dẽſa, cauentes à vehemẽti perſtrictione. Tertiò, præſeruãdo à dolore, & inflãmatione potiſsimũ per roborantia illa, & repellentia: necnon ſanguinis miſsione, purgationibus, victus ratione, pro indicationibus. Fracturarum curatio præcipua ac prima eſt vnitio: quæ tamen ob affectarum partiũ ſiccitatem ſponte fieri nõ poteſt, niſi fortaſſe in ætate molli ac humida. Quæcũque.n. cõcreſcere ac coale-

Luxatio.

Fractura

coaleſcere debent, omnino mollia ac humida ſint naturaliter oportet. Quæ verò dura ſiccaque ſunt, corũ diuiſæ partes coire ſimul nequeunt, ſed glutinũ aliquod, vinculũmve quo commiſſa maneant, requirunt. Itaque opus eſt primùm repoſitione, ac in ſuum ſitum reductione: deinde retinentibus medicamentis, faſcijs, deligaturis, ferulis, alijsque inſtrumẽtis ab Hippocrate, Arabibus, & recẽtiorum turba excogitatis: ancipiti in omnibus curatione ſi fractura magna ſit. Naturã in omnibus opitulantẽ habere oportet, vt per idoneum victum alimentũ ad os deferatur craſsius ac terrenum, quod ſpatiũ impleat, & dura ſiccaq; fracti oſsis extrema conglutinet, & liget. Quod porũ & callum vocamus.

Contractiones. Contractiones iunctionibus, fomentis, & balneis relaxantibus ac reſoluẽtibus curare ſolent. Vlcera

Vlcera. verò, qua vlcera ſunt, vnã tantum habent curandi intentionem, nempe deſiccationem, eamq; mediocrem, ab ipſa humiditate indicatam. Verùm ſordẽ promptè colligunt. Itaque prius tergendum vlcus, quàm deſiccetur, & ad cicatricem perducatur. Si praui humores influant, repellentibus in circuitu vtendum. Si phlegmone adſit, vlcus vltimo curandum. Sed complicatorum affectuum curationem ex indicationum multitudine, magnitudine, ac præſtantia petendam docuimus capite vltimo primi libri. Contuſiones recentes ſanant primùm repellẽtibus, deinde etiam diſcutientibus: nam in antiquis

Contuſiones. repellentibus non vtuntur. Vulnera vniri poſtulãt. Sed vnitionem impediunt conſumptæ aut deperditæ carnis penuria, caro ſuperflua, ſordes, aut

Vulnera.

ora

ora vlceris disiuncta, aut adhærentia eorum quæ ex trinſecus inciderunt. A poſtremis ſemper inchoanda curatio. Itaque adhærentia primo loco auferenda, veluti ſagitæ, ſpicula, tela, oſsium vel ligni fruſtula, vitrum, acus, globuli ferrei, plumbei, quæque ſunt huiuſmodi. Fruſtula ſi tenuia ſint, attrahentibus medicamentis parent: ſi grandiora, vulneris dilatatione, & inſtrumentis ad id idoneis extrahi debent: quæ ad ſagittarum, ſpiculorum, & globulorum extractionem magis excogitata ſunt, & inuenta. Diſtantia ora, ſi in molli parte ſint, ſutura adduces: maximeque ſi diſciſſa auris ima eſt, vt Celſus ait, vel imus naſus, vel frõs, vel bucca, vel palbebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter. Vix enim ijs partibus deligaturam vulnus admittit. Si verò in carne vulnus eſt, hiatque, neque in vnum oræ facilè attrahuntur, ſutura quidem aliena eſt, imponendæ verò fibulæ, quæ oras paulùm tamen contrahunt, quò minus lata poſtea cicatrix ſit. Ferè fibulæ latius vulnus eſſe patiuntur. In ſimplici vulnere nõn valdè magno, ſola faſcia orbiculatim circundata diductas partes committes. At ſi magnum vulnus ſit, adeò vt diductæ partes in totum, atque exactè prædicta deligatura committi nequeat; ſuturis ipſæ adducentur. In cæteris, vinculis & deligatione vtendum. Sordem, & ſaniem medicamẽtis extergentibus, & linamentis mundamus. Carnem ſuperfluã erodentibus abſumimus, aut ferro quicquid ſuperfluum eſt, præcidimus. Carnẽ inſtauramus ſarcoticis. Qđ ſupereſt, glutinãtib⁹, & epuloticis, efficitur. In omnibus videndum an ſangui-
nis

nis miſsione opus ſit, an corporis purgatione, an cę teris auerſionibus. Quod magnitudo morbi indicat, vnà cum virium robore, etiam ſi morbi natura repugnet. Ferrũ adhibet chirurgius in venarum & arteriarum ſectionibus, in aperienda vomica, in trahenda hydropicorum aqua, in calculo per veſicę ſectionem extrahendo, in dentium eradicatione, & amputandis ſuperfluis, in vulneris dilatatione, vt ſagittæ, vel globuli extrahantur. Ignem etiam in aperienda vomica, & in amputandis conſumendisque ſuperfluis, & in ulceribus, auerſionis vel vacuationis gratia excitandis. Verùm cum repellentiũ, diſcutientium, mollientium, relaxantium, ſupprantium, attrahentium, aliorumque materiam chirurgicam ſuppeditantium mentionem fecerimus, de re eſſe videtur illorum ſummam enumerationem exprimere, quæ peregrè proficiſcentibus, aut alioqui diſtrictis promptiſsimè vſui eſſe poſsit. Repellit perpetuò quod frigidum eſt: & magis ſi terrena ſubſtantia præditum id ſit. Nam quod aqueum eſt feruores magis extinguit quàm fluentes humores cohibeat, & repellat. Cuius generis ſunt aqua frigida, poſca, viola, ptiſana hordei ex aqua, caſeus molliculus recens infrigidatus, albumen oui, gummi arabicum & tragacantha aquis frigidis reſoluta, vngula caballina virens, lactuca, cucumeris folia & fructus, cucurbita ſatiua, atque huius folia, auricula muris, pſylium, lenticula paluſtris, vmbilicus veneris, portulaca, poma dulcia & inſipida, vel mediocriter acetoſa, perſica, mora, poma amoris, fungi, hyoſcyamus, mandragoræ pomum & folia,

Ferrum.

Ignis.

Repellentia.

capita folia & ſemina papaueris, oleum violatum, oleum roſatum cõmune, oleum ex hyoſcyamo ex mandragora, ex papauere: pomata, vnguentũ roſatum, vnguentũ populeum. Cuius generis ferè ſunt ſolanũ, & ſemperuiuum, niſi quòd modicè adſtringũt, & in humido et ſicco mediũ quoddam tenent. Exſiccãtis, & adſtringẽtis facultatis ſunt, Roſarum capita, obeliſci, ſemina, & aqua deſtillata: acetũ om pliacium, trifolium acetoſum, ſalix, intyba, gramẽ, vitis folia & capreoli, lẽtiſcus, rubus, plantago, burſa paſtoris, labrum veneris, hepatica, parietaria, polygonum, folia quercus, citura, Nymphęæ radix ſemen, & flos: folia & fructus ſorborum, punicorum cornorum, meſpilorum, pyraſtrorum, cydoniorũ, ſpinorum, oxyacanthę quæ berberis dicitur. Rhus qui ſumach vocatur, acacia, hypociſtis, memitha quæ glaucium eſſe dicitur, myrobolani omnes, milium pauicum vuæ grana, vua acerba, gallæ, ribes, cupreſsi fructus, folia, & germiua: Lẽs, fructus omnes immaturi, balauſtia: bolus armenia, terra lemnia, ceruſa, argilla aceto macerata, gyſpum oxycrato maceratum, lapis ſpecularis, marmor, cos, iaſpis, hæmatites ſapphirus, criſtallus, corrallium, cãphora, ſantali, ebur, cornua, plumbum, ſtagnũ, chalybs, pumex, lithargirum, lapis calaminaris, pompholix, antimonium, argentum viuum, argentum: Oleum roſatum, omphacinum, oleum cydoniorum, myrtinum, lentiſcinum, nenufarinum, Ceratum ſantalinum, vnguentum infrigidans Galeni, vnguentum comitiſſæ, vnguentum album Razis, vnguentum citrinum, vnguentum è ceruſa, vnguentum

Adſtringentia frigida.

album

album camphoratum, vnguentũ pompholygis, vnguẽtum è lapide calaminari: emplaſtrum triapharmacum, emplaſtrũ album coctũ. Adde trochiſcos è ſuccino, è terra ſigillata, è bolo armenia, è corallijs, è ſpodio, trochiſcos ramich, alica cabı, è camphora, & cydoniatum. Adſtringendo calfaciũt, ſiccant, & repellũt, vinum auſterũ, auellanę, caſteneę, fabæ, oui luteũ aſſũ, oryza, oculi populi, abſinthiũ menta, caprifolium, ſaluia, vitex, ſymphytum, cyprus, Acorum, rhabarbarum, rhaponticum, centaurium, hypericum, lignũ Indicum, quod ſanctũ & guaiacum appellant: ebenus, grana tinctorũ, caſia lignea, crocus, macis, cyperus, carpeſia, gentiana lauri folia, lignum aloes, lycium indicũ, aloe, mũmia, ladanũ, maſtiche, cortex thuris, flos æris, chryſocolla, ærugo, arcenicum, vitriolum, alumen, ſalis genera omnia, Oleum maſtichinium, abſinthinũ, è menta, nardinum, coſtinum, populinũ, cyprinum ſeu de alchanna, hypericinum, & emplaſtrum cõtra rupturam. Citra manifeſtã caliditatẽ idem pręſtãt tapſus barbatus, cauda equina, Hedera, peruinca, tormentilla, & quinque folij genera omnia: fructus, cortex, folia, flores tamaricis: coriandrũ, ebur vſtum, cancri vſti, ſpongia, lana vſta, os cordis cerui, os ſepiæ, cornua vſta, coagulum leporis, ranarũ cinis. Adde faſcias, & cõuenientes deligaturas quæ ſurſum impellãt: & partem à fluxione tueãtur. Repellentibus autem in principijs inflammationum, aliorumq; timorũ ſemper vtimur: exceptis decem illis caſibus qui à nobis ante relati ſunt. Sed pro humoris fluentis calida, vel frigida natura, contrariæ qualita-

Adſtringẽtia calida.

Adſtringẽtia temperata.

qualitatis repellentia admouere oportet, in inteſo, vel remiſſo gradu, pro vt res exiget. Totius corporis vacuationes, & auerſiones præſupponit hoc remediorum genus. A quo, ad diſcutientia gradatim conſcendimus. Nam in augmento repellentibus diſcutientiū tertia, aut quarta pars primùm adijcitur deinde etiam æquis partibus miſcentur: & tandem plus diſcutientiū, repellentiū minùs additur, donec ad ſummum vigorem peruentū ſit. In quo, atq; in declinatione puris diſcutiētibus vtendū, ſic tamen vt à lieuoribus incipiēdo, ad efficaciora gradum facias. Diſcutiūt leniter, chamæmelū, melilotum, fænum græcū, ſemē lini, adiātum, anethum, althea, farinę hordei, tritici, lupinorū, orobi. Paulò valētiùs, abrotonum, braſsica, cappares, mercurialis, daucus. Efficaciùs ruta, ariſtolochia, iris, aſpodeli radix, bryonię radix, radix cucumeris agreſtis, origanū, calamentū, chalbanū, bdelliū, nitrum, piper, ſtyrax, ſulphur, terebinthina, ſtercus omne: Cętera capite nono relata ſunt. In ſcirrhoſis tumoribus, & omni duritie repellentibus vti prohibitū eſt: neque verò à diſcutientibus auſpicādū, ſed à molliētibus. Alioqui quod tenue eſt reſolues: quod craſſum, reſoluta ſubtili ſubſtātia, craſsius efficies, & niſi caueris lapideſcere coges. Molliētibus ergo reſolutioni via paranda eſt: nempe adipibus, butyro, medullis animalium, atriplice, malua, althea, cera, colophonia, pice reſina omni, ſtyrace, opoponace, viſco, ladano, chalbano, ammoniaco, bdellio, æſypo, vnguento reſumptiuo, vnguento altheę, emplaſtro è meliloto, oxycroceo, dyachylo magno, paruo, cōmuni.

Diſcutientia. Molliētia.

Acci-

Accidit interdum vt materia in profundo poſita, vel parti fortiter hærens, & impacta reſolutioni obſiſtat. Quo caſu, non à mollientibus, ſed ab iјs quæ ex alto trahunt, incipiēdum. Quod etiam faciendũ in malis bubonibus, & peſtifero omni tumore, & venenato ictu, & abſceſsibus criticis, & materia veluti cuniculis incluſa, & inhærentibus oſsium ſquamis, ſpiculis, ſagittis, & ſimilibus. Attrahunt eſſentia quidē calida, & tenuium partium dictamnus, anagallis, ariſtolochia. cyclamen, geniſta, naſturtium, lepidium, ſinapi, dracontium, ſtucrhium, tithymallus, ranunculus, pyrethaum, tapſia, porrum, piper, propolis, pix, terebinthina, chalbanum, opoponax, ſagapenum, ammoniacom, ſcoria argenti, ſulphur, ſandaracha grçcorũ, axũgia vetus & ſalſa, euphorbium recens, ſuccus cyteniacus medicus, opobalſamum. Aduentitio calore id agunt, fermentũ, pſoricum, cœpa cocta, ſtercus anſerinum, gallinaceum, columbinum, arietũ, humanum. Proprietate quædã magis quã qualitatibus id agere videtur, radix arũdinis cũ melle, radix oxyacanthæ, coagule, cochlearum, & limacum carnes, aliàs per ſe, aliàs cum teſtis ſuis tritç oleum ſcorpionum, thearica. Egregiè varò trahunt cucurbitulç, è profundo: è ſuperficie, hirudines: coadiuuant, ligaturç dolorificç, frictiones, ignis. Pus etiam, vrinas, calculos, quidam oris ſuctu attrahunt. Attractum humorem ſtatim aut reſoluimus, aut ſi reſolutioni obſiſtat, ad ſuppurationem ducimus: ſuppuratum verò vel ferro, vel igne, vel cauſticis medicamentis aperimus, & pus emittimus. Quod ſi cuniculoſe impactum

Attrahētia.

ſit,

ſit, aut alioqui tam craſſum, & hærens, ut per hiatū facilè uacuari non poſsit, attrahentibus ipſum ad ſuperficiem trahes. Sed mitioribus ad hoc contentus eris: ſaltem putrefacientia, aut urentia non admittes. Quibus tamen in non aperto tumore uti licet: ſed ita ut tum ceſſes quando locus rubore affici, & prurire cęperit: ne etiam uſtionem aut ulcus facias: atque hic attrahentium modus eſto. Ardorem extinguemus affuſa aqua, uel aceto, uel ceruſa, aqua roſarum lota. Sed quę ſuppurent, concoquāt & maturent, enumeremus. Ea calore corpori ſimilia ſunt, nec qualitate ſed quantitate natiuum calorem augent. Humida uerò modicè ſubſtantia, partis cui admouentur, humiditatem non augent, ſed tantum conſeruant. Huius generis ſunt aqua temperatè calida ſæpiùs affuſa, butyrum, althea, axungia porci, uituli, arietis: fænum grçcum, farina hordei cum oleo, oleum ipſum oliuarum, maſtiche, ſemen lini, ficus, paſſulæ, ladanum, farina lolij, farina tritici oleo incocta, panis ſalitus oleo incoctus, capita liliorum alborum, crocus, thus, pix, reſina omnis, ſtyrax, caſtoreum, ſtecas, ſmyrnium, amomum, uitelli ouorum, radix bryoniæ, oleum lirinum, crocinum è caſtorio, è ſtyrace, ex euphorbio, Tetrapharmacum. Dum pus conficitur, dolores fiunt ac febres, inquit Hippocrates. Confecto pure omnia ſedantur. Verùm ſi natura, ipſa ue humoris putredo, foramen per quod pus emittatur non fecerit, arte iuuanda eſt: ne fortè diutius intùs manens putredinoſa illa materia partes internas erodat, & corrumpat. Itaque maturus

Suppurantia.

iam timor aut ferro, aut igne, aut medicamẽtis aperiri debet. Si verò etiam peſtilens, aut veneni particeps ſit, non expectata maturatio aperiendus. In ferro, aut igne adhibendo, caue ne quod vas inſigne, neruum, tendonem, vinculum, membranam, neruoſam ve aliam ſubſtantiam vulneres. Cauteria quæ vocãt frigida, & potentialia, mollibus corporibus adhibentur, & vbi timidulus ac meticuloſus æger ferrũ, & ignẽ veretur. Mitiora ijs qui cute molli ſunt, imponenda, atque vbi materia tam profunda non eſt: videlicet theriaca, vrticæ ſemen vino tritum, adeps ranæ viridis arboreæ, braſsicæ radices vſtæ, lac ficulneum. Si profunda ſit materia, & denſa cutis, vtendum fortioribus: qualia ſunt lac tithymalli, allium, pyrethrum, ſinapi, chryſocolla, nitrũ, cinis ficulnea, capitellum ſaponarium, cantharides, æs vſtum, vitriolũ, calx viua, auripigmẽtum, fæx vini aut aceti vſta, teſtaceorum crematorũ cinis, argentum viuum ſublimatũ, arſenicum ſublimatum. Cõcorporantur vitellis ouorum, axungijs, terebinthina, mel'e, butyro. Frænantur lapide hæmarite, corallijs, memitha, opio: & in ambitu admouetur quod vocant defenſiuum, ex terra armenia & aceto, vel oui candido. Tantũ medicamenti apponendum, quantum ad foramen paruum, vel magnum faciendum erit. Si dolorem nimiùm excitent, diutiùs hærere non permittes: ſed auferes, & dolorem roſaceo mitigabis. Aperta vomica, ſinenda amplius non ſunt, ne longiore mora cruſtas efficiant: quod puris eductionem impediret. Modus hic eſto, vt aperiant, non etiam fortiter adurant, & cruſtas duriores

Tumorẽ aperiẽtia.

riores faciant. Quod poſtquam actum erit, eroſam partem lenies butyro in folio braſsicæ cataplaſmatis modo impoſito. In inferiore, & decliui parte foramen inducendum, vt materia ex alto faciliùs effluat. Supereſt vlcus modo factum curare, primùm extergentibus, deinde etiam ſarcoticis, & tādem epuloticis, ſeu cicatricem inducentibus. Repurgant, & extergent, linteolum ſiccum, melicratū, mel violatum, mel roſatum, mel mercuriale, mel purum, ſaccharum ſordidum, quod rubrum appellāt, hordeum, farina fabarum, lupinorum, erui, cicerū: amygdalæ dulces, & amaræ, ſerum lactis, vinum purum, & mulſum, abſinthium: marrubium, anagallis, apium, lignum ſanctum, aqua vini, mel geniſtatum, iris, ariſtolochia, dracontium, terebinthina cū melle: necnon vnguētum apoſtolorū, & Aegyptiacum, quæ etiam erodunt. Acriùs id agunt ſales omnes, vrina, lixiuium, ærugo lota & non lota, & ex cauſticis nonnulla, quibus in fiſtuloſis, & prauis vlceribus, & carnis excreſcentia vtimur. Expurgata ſorde, & ſiccata per linteolos, & ſpongias ſanie, ſarcoticis carnem reſtituimus, videlicet thure, aloe, myrrha, ſarcocolla, ſanguine draconis, ariſtolochia, iride, maſtiche, farina piſtrinali, cortice pini, panacis heraclij, radice anchuſa, pimpinella, piloſella, lāceola, millefolio, verbena, pumice cremato, plumbo vſto & eloto, farina lupinorū & orobi, terebinthina, & colophonia cū cæteris. Huius generis ſunt Tetrapharmacum, vnguentum fuſcum Nicolai, vnguentum aureum Meſuæ, & plurima ex glutinantibus, & epuloticis. Inſtaurata carne, epu-

Tergētia.

Sarcotica quæ & incarnātia.

loticis,quæ cicatricem inducant, vtimur: niſi carnis ſupercreſcentia nos impediat. Hanc alumine vſto,ærugine,ære vſto,puluere mercuriali,ferro, vel igne abſumimus. Deinde cicatricē inducimus galla immatura; myrti folijs, & fructu, malicorio, æris ſquama,chalcitide,miſy, ærugine vſta lotaque, ære vſto ac loto,ceruſa,antimonio, teſtaceorum vſtorum cinere loto,lithargyro,cadmia cremata,pompholyge,calce ſepties elota, plumbo vſto: bolo armenia,ſphragide,terraque omni elota: lamina plūbi ſtrictè ſuperligata,loto priùs cum aqua aluminoſa vlcere: plantagine vtraque,nymphæa,roſis,balauſtijs,ſantalis, anetho vſto, cucurbita vſta, abrotono vſto, papyro vſta,coralijs, vnguento albo Razis,vnguento caphorato,vnguento è ceruſa, è pompholyge, è lithargyro, è lapide calaminari. Adde adſtringentia frigida, ſuperiùs enumerata: & quæcunque citra morſum deſiccant,roborant,& aſtringunt: His ſanè tunc vtimur, cùm carne inſtauratum,ac propè iam plenum vlcus, nondum tamen adæquatum fuerit. Quod etiam in vulneribus haud diuerſo ordine faciendum, niſi hęc cruenta apparuerint. In quibus,epuloticis glutinantia præmittere oportet: conſolidam inquàm, equiſetum, piloſellam, plantaginem utramque, cynogloſſam, Pentaphyllum,betonicam,hypericum, pimpinellam. Centaurium vino auſtero coctum: vlmi, ſambuci,ebuli,tędę,pini,fraxini cortices, & folia: cupresſi partes omnes,quercus folia,ſarcocollā,viſcū,terebinthinam cum aqua uini, ſanguinē draconis, bolum armeniam, terram lemniam, farinam

Cicatrizantia.

Glutinantia.

piſtrina-

piſtrinalem volatilem,maſtichen,picem ſiccam,aloem lotam,Iſatidem,hordeum uſtum, lumbricos terreſtres,cochleas cum teſtis contuſas , ſpongias nouas,lanas ſuccidas, vel linteola aqua frigida,uel uino contrahente imbuta:caſeum recenté:& oxygalactinum, aliaq; huiuſmodi. Sanatis hoc pacto tumoribus,ulceribus,& uulneribus: fracturis etiá, luxationibus,cęteriſque, chirurgię ſubiectis idoneam materiam comparabimus ex his quę longa ſerie à nobis enumerata ſunt: Quorum delectum, & uſum ex arte ſuppeditabunt loci illi communes in indicationibus expoſiti, diſcurrendo per morbi naturam,cauſas & ſymptomata,per totius corporis temperamentum,per partis affectę naturam, figuram,ſitum,pręſtátiá, ſentiendi facilitatem aut hebetudinem:per uires ęgrotantis,ambientem aerem,ætatem, conſuetudinem,naturarum proprietatem,ſexum,vitę actionem:per morbi longitudinem,aut breuitatem,per quatuor morbi tempora, per cōiunctas acceſsiones uel remiſsiones, & ordinatas naturę functiones, & medicamentorum facultates, & cęli ſtatum. In quo hoc ſaltem ſpectatur. Luna ſit in ſigno quod pręſidet membro cui ferrum,aut ignem admouere conuenit. Finem hic facturi eramus, niſi occurriſſent anodyna, & narcotica.quorū in medicina & chirurgia frequēs eſt uſus, ad complendum tertium medici officium, quod diximus eſſe ut iucundè curet. Quæ uerò maior iucunditas,quę ſuauior uoluptas ęgrotanti offerri poteſt, quàm doloris extinctio? Triū generū ſunt hęc medicamina. Quædam enim directè con- *Dolorem ſedantia.*

tra morbum pugnant. Quædam contra dolorem tantum,per reſolutionem. Quædam ſenſus torporem inducunt,quæ narcotica appellāt.Contra morbum pugnant contraria,calida,frigida,humida,ſicca:prçterea etiam plenitudo & vacuatio. Itaq; ſæpè ſanguinis detractione, ſæpè alijs purgationibus, & alterationibus vnà cum morbo eliditur dolor.Quo genere reſolutiua plurima anodyna dicuntur, licet à temperie valde recedant. Nam quç propriè anodyna cēſentur, temperatum calorem habēt,ſaltem primum caloris gradum non excedunt. Cuius generis ſunt oleum chamæmelinum,anethinum,è ſemine lini,amygdalinum dulce, lumbricorum,ſambucinum, vulpinum, è meliloto, oleum oliuarum neq; recens,neq; vetus, butyrum, çſypus,lana ſuccida,uitellus oui,lac muliebre,aſininum,caprinum, ouillum:axungia porcina,uitulina,gallinæ, anſeris, cuniculi,anguillæ. Decoctum althæç,maluæ,uiolarũ, lilij,ſeminis lini cum pedibus,inteſtinis,& capite veruecis, uel hædi, ſtyrax cum oleo: cataplaſma ex mica panis recentis, cum uitellis ouorum,lacte, croco,oleo roſato, uiolato, ſambucino. Narcotica duorum generum hic facimus:quoniam pro doloris exceſſu,& partis natura,ſenſus uel tātum remittendus, uel omnino ſopiendus proponitur. Remittunt ſentiendi uim moderatè frigida, oleum uiolatum, roſatum, oui candidum, aqua roſata, muccago è ſeminibus frigidis extracta, ſuccus foliorum aut fructuum cucumeris, cucurbitæ, melonum, muccago ſeminis pſylij, oleum nenufarinum,ſuccus lactucæ,portulacæ: quç iam ad ſtuporem

rem accedunt. Narcotica uerè ſunt, oleum papauerinum, ex hyoſciamo, ex mandragora, pomum ipſum mandragorę, cicuta, ſolanum, ſemper uiuum, unguentum populeum : & quod in ſummo ſtupefacit, opium. His chirurgus urgente maxima neceſſitate extrinſecùs utetur : nouas fluxiones, aut uirium reſolutionem ex dolore prohibere uolens. Calefacientibus autem, & cōcoctorijs ea frænabit, ne pro ſenſu quem in præſens ſopire intendit, in futurum etiam ſenſum, uitamque partis extinguat: aut incraſſata materia, ac denſata cute difficiliorem affectum reddat. Hæ pro uniuerſali doctrina ſufficiant. Aliam enim quæ in particularibus conſiſtit exercitationem ſuo loco tractaturi ſumus.

DE INTENTIONVM CVratiuarum vſu. Cap. XIIII.

CVrandi rationem omnem paucis uerbis comprehendit Hippocrates in libro de flatibus, dicens medicinam eſſe adiectionem, & ſubtractionē. Indicans affectus uel ex inanitione, & deficientia, quæ adiectione egeat, prendere: uel ex ſuperabundantia, quæ detractionem requirat. Itaque in curatiuis ſcopis conſiderandum qui ad adiectionem, quiq; ad detractionem conferant. Ad adiectionem faciunt primus, qui in uictu, & duodecimus, qui in ſtauratione uerſatur. Cæteri omnes ad detractionē pertinent. Ex quibus tamen ſecundus, cum alui tātum excrementa ſubtrahat, in deficientia ſæpè locum habet. Vt in hectica, in qua deſiccata morbi

qualitate excrementa ſæpiſsimè retinentur. Morbos ergo ex plenitudine vel integra, quam plethoram, vel vitioſa, quam cacochymiam appellant, curabimus: primum victu non pleno, ſed extenuante. Deinde clyſteribus, ſi alui excrementa nõ excernãtur. Tertio ſanguinis miſsione: ſi vires, & ætas ferant. Quarto blanda purgatione. Quinto corporis adhuc pleniùs purgandi, & humorũ pleniùs excernendorũ pręparatione, præſertim ſi cacochymia curanda ſuſcipiantur. Sexto, pleniore purgatione, in cacochymia quę vel incipiente morbo apparuerit, vel per morbi decurſum adducta fuerit: Veluti in putredinoſo affectu, in quo ex plethora in cacochymiam facilis eſt lapſus. Septimus ſcopus qui reuellit, & octauus qui deriuat, & nonus qui à parte vacuat, particularibus morborum collectionibus præcipuè deſtinati ſunt: vt pleuritidi, peripneumoniæ, iecoris inflammationibus, & omnibus internis, & externis tumoribus præter naturam, & vlceribus, aliiſque eiuſmodi. Nam vbi totum corpus ęgrotat, veluti in febribus, & ſi uenę ſectione, purgantibus medicamentis, & obſtructiones tollentibus, & aluum, & urinas ducentibus, & ſudoribus, auertere uidemur, non tamen is ſimpliciter nobis eſt ſcopus, ſed putredinoſam materiam ab uniuerſo corpore, & non particulariter, uacuare. Vnum autem idemque remedij genus plures ſcopos habere nihil prohibet. Verùm ut quò tendas certo ſcias, eorum diſtinctionem compertam habere oportet. Tres poſtremi ſcopi in declinatione maximè locum habent: uidelicet reliquiarum conſumptio,

Morbus materialis.

cum malæ qualitatis emendatione, ac roboratione coniuncta: & Homerica medicatio, quibus placere videbitur: & conſumptæ, aut deperditæ ſubſtantiæ reſtitutio, ac corporis inſtauratio planè anelaptica. Quæ in chirurgia relata ſunt, ab his non multum variant. Nam in tumoribus præter naturam, vlceribus, fracturis, & vulneribus, inſtituto primùm victu, eductisque alui excrementis, vel ſanguinem mittimus, vel purgamus, primùm faciliter, deinde etiam planiùs, præmiſſa corporis, & humorum pręparatione. Inde ad reuulſiones, & deriuationes nos conferimus, ſi res ferat. A parte autem ipſa vacua inus, repellentes, diſcutientes pus, & ſaniem expurgantes: carnem ſuperfluam abſumentes: ſagittas, aculeos, cæteraque infixa extrahentes. Malas etiã qualitates alterantibus emendamus. Et carnem inſtaurando, conglutinando, & cicatricem inducendo, duodecimũ ſcopum in actum deducimus. Nam vndecimum, vt potè innoxium, nullum morbi genus reſpuit. Atque ita ſanè in morbis materialibus procedendum. Nam ſi qualitas ſola moleſta eſt, victum ſimpliciter alterantem inſtituimus, neque attenuationem, neq; deterſionem requirentes: ſed aut calefactionem, aut refrigerationem, aut humectationem, vel deſiccationem, aut coniunctas duas qualitates, ſi intemperies compoſita ſit. Simul etiam intùs & extra decimum ſcopum adhibemus, quo malam intemperiem contraria alteratione caſtigemus. Homericam medicationẽ nunquàm nocituram putamus. Secundum verò ſcopum, vbicunque alui excrementa retineri contigerit, locùm

Munda intẽperies.

cum habere palàm eſt. Sic ſanè communes affecti bus omnibus habemus tres ſcopos, ſi in genere tan tum conſiderentur. Primum, qui in victu conſiſtit: decimum, qui intemperiem emendat: & vndecimum homericum, planè innoxium, modo ne quid per os ingeratur. Secundus, & inanitioni, & redundantiæ communis eſt, ſi alui excrementa non excernantur, quod alui redundantia ſupponit: ſed quæ reliqui corporis indigentiam, quam curare intendas, ſæpè comitetur. Atque hæc quidem in genere. nam in ſpecie victus alijs tenuis, alijs plenus, alijs medius conuenit: isque vel calidus, vel frigidus, vel humidus, vel ſiccus, & vel attenuans, adſtringens. Intemperies etiam vna eſt quæ calidam, altera quæ frigidam alterationem poſtulat. Cætera ſuis capitibus abundè explicata ſunt.

Concluſio operis.

DOCVIMVS veram medendi Methodum vniuerſalium eſſe: in particularibus autem exercitationem conſiſtere. Vniuerſalia autem illa ſunt indicationes, & intentiones, ſeu ſcopi curatiui: quæ ſanè reciprocas habent directiones, ita vt neque indicatio ſine intentione, neque intētio ſine indicatione rectè vſurpari queat. Nam ſiue calefactionis, ſiue refrigerationis, ſiue deterſionis, aut vacuationis ſit indicatio, non poterit compleri, niſi vel medicamentis, vel victus ratione, vel venę ſectione tentare propoſitum ſit. Plures autem pro vna indicatione intentiones vſurpare

pare licet. Nam & victu, & ſanguinis miſsione, & alterantibus medicamentis refrigerationem molimur: & vacuationem tum venæ ſectione, tum purgantibus medicamentis, necnon clyſteribus, balanis, vrinæ excretione, ſudorib⁹, alijsq; huiuſmodi. Intentiones etiam, ſeu ſcopi curatiui ſine indicationibus tutò adhiberi non poſſunt. Neque enim victus rectè inſtitui poteſt, niſi naturam & morbi, & ægrotātis perfectam habeas, necnon vires, ætatem, conſuetudinem, & cætera: ad quæ intentum eſſe oportet medicum, vt contrariam indicationē pro exigentia illorum præſcribat, adhibita ea moderatione, quam ea quæ ſimilibus conſeruanda ſunt, poſtulat. de quibus egimus libro primo. Nam in ſecundo intentiones proſequuti ſumus, eas cum indicationibus conferentes, vt reciproca illorum doctrina, vera medendi Methodus conſtare intelligetur. Quam in vniuerſalibus poſitam, in particularibus exercitationem habere certum eſt. De qua ſuo loco dicturi ſumus: expoſita iam vniuerſali Methodo.

FINIS.

AVGERII FERRERII TOLOSATIS

CASTIGATIONES PRACTICAE MEDICINÆ.

PRAEFATIO.

MVLTA ſunt in medicinæ praxi reprehẽſione digna, quæ niſi caſtigentur, futurũ eſt vt rationalis omnis doctrina euaneſcat, & impoſtura illius loco ſubſtituat̃. Quod eò magis verendum eſt, quoniam pleriq; ex ijs qui eruditione & doctrina pollere videbant̃, relicta vera medẽdi methodo, ad receptas longo tẽpore noſtrorum hoĩum nugas, quæ pharmacopolis magis q̃ ægrotantibus vſui eſſent, ſe cõuerterunt. Nec tã curarunt quid conducibile hoĩbus eſſet inquirere, q̃ quid placere illis videretur: vt ex obſequio gratiam, & emolumentũ cõſequerentur. Qua impoſtura nulla in Repu. peſtis maior exurgere põt. Quid.n. ſupereſt, niſi vt vel pharmacopolę merces augẽdo, vel cũ cõmilitonibus nr̃is colludendo, & ęgrotantis delitijs ſubſcribẽdo, nouam medicinã à ſtudijs noſtris alienam introducamus? Laudãt Hippocratem, Galenũ, Paulum, Aetium,

tium, nec Arabes, aut practicos recentiores dedignãtur:nihil tamen eorum quæ ab his ſecundũ artem tradita ſunt obſeruant, ſed veluti centones ex illis colligunt,quibus ad vulgi perſuaſionem,& im poſturam abutantur.Quę res multos excellẽtes viros diu hærere fecit,antequàm in practica medicina ſcire aliquid vulgò viderentur.Neq;.n.temerarijs illorum actionibus,vel ſtolidæ vulgi perſuaſioni reſpondere volebãt:ſed virtuti,& doctrinæ,quã ex puriſsimis fontibus, & liberali educatione hauſiſſent,ſatisfacere conabuntur.His ego pro veritatis ſtudio,fide,ac diligentia,quæ mihi ſemper ante oculos poſita ſunt, ſuppetias daturus, introductos per vafritiem aut ignauiã errores extirpare decreui.Quod,et ſi authoritate nulla ſum,tamen ratione me effecturum ſpero : modo attẽtos eorum habeã animos,qui veritatem,non fraudem ſequuntur.

DE AGARICO TROCHISCATO. Cap. Primo.

POſthabitis elaterij,colocynthidis,turpeti,ricini,euphorbij,acriumq; aliorum præparationibus, agarico ad pituitæ purgationem paſsim vtunt noſtri tẽporis medici.Quod,& ſi Dioſcorides,Galenus,Auicẽna adſtringẽs eſſe dicãt,& ruptis,conuulſis,dyſentericis,ſanguinẽ reijciẽtib⁹,& cibũ nõ continẽtibus in ſtomacho, vt eſt cõmanducatũ ac deglutitũ nullo alio addito liquore, dari iubeãt: tñ nobis hodie vomitũ accerſit,& flat⁹ parit in vẽtriculo,nulla adſtrictionis relicta nota. Quæ diuerſitas ex ſolo natali proficiſcitur. Suum.n.petebant

ueteres

veteres ex Agaria Sarmatię regione, vel ex Ponto: infirmum etiam ex alijs locis. Noſtrum pharmacopolæ ex Alpibus, & delphinatu trahunt: vomitoriũ ipſum, & flatulentum, vt propterea caſtigatione egeat. In qua adhibenda, errant qui per zingiberis additionem vomitum prohiberi putant. Nã ad flatulentiam caſtigandam id quidem prodeſſe poterit: ad oris ventriculi adſtrictionem, & confirmationem, planè nihil. Quod ex practicarum ſcriptoribus nonnulli animaduerterunt, dicẽtes zingiber addi, vt tenuitate ſua agaricum penetrare faciat, & inciſione, ad craſſæ pituitæ eductionem iuuet: neq; in tenuiore pituita eo opus eſſe. Videãt ergo quàm longè à ſcopo aberrẽt, qui agaricum cum vino infuſionis zingiberis trochiſcatũ, vt nauſeam vitent, eligunt. Sed aiunt ſe trochiſcatum illud in oximelite, vel melle roſato ideò infundere. Quod eſt, ac ſi dicerent ſe errore tueri. Neque.n. oxymelite, neque melle roſato ventriculus à ſubuerſione liberatur: imò inter vomitoria oxymeli etiam enumeratur. Reſpondent, ſe hoc ſaltem efficere, vt agarici ſubſtantia, in qua noxia vis manet, nõ propinetur: ſed tantum liquor, in quo per infuſionem purgatoria facultas hæſerit. Sed ſi hoc moliuntur, cur purũ agaricum non aſſumũt, quod cum zingibere, galanga, & ſale gemmeo infundant? Sic enim maiorẽ habebunt vim purgatoriã, quæ in trochiſcato per macerationem diminuta, in infuſione iterum nouam alterationem, ac diminutionẽ patitur. Quo miror eos tam ſtupidos eſſe, vt trochiſcati infuſionem valentiorem eſſe putent infuſione ſimplicis & puri.

Sed

Sed trochiſcati duę habentur pręcipuę deſcriptiones ferè ſimiles,quas examinare,& conferre decet. Prima eſt Meſuę capite proprio de agarico iubentis trochiſcos more cuiuſdam Galeni parare ex vino infuſionis zingiberis,in quo ſępè maceretur pulluis agarici, vt infrænantem vim zingiberis exugat. Hac maceratione vim eis remitti neceſſe eſt,magis quàm lotione,quę bonā purgatoriæ facultatis portionem aufert,vt conſtat ex Galeno,atq; ipſo Meſue. Quod vtinam conſiderarent præparatores iſti. Agnoſcerent enim ſe nihil aliud cum noua infuſione agere, quàm id quod iam infuſum ac maceratū eſt,iterum macerare, ac infundere, debilitata ſemper medicamēti natura,vt vix vltima infuſione purgatorię facultatis quicquam relinquatur. Alteram, vel eandem ſimpliciorem deſcriptionem officinæ noſtræ habent, quam ad Meſuem referunt. Cōſtat autem puluere agarici in vino infuſionis zingiberis ſimpliciter,& non ſępè temperato,& cum vino ipſo in trochiſcos redacto. Quo pacto, quis negabit agarici vim remitti, cum ſimplici lotione medicamenta omnia debilitari cōtingat? Debilitatum autem ita agaricum ſi infundas, quem purgationis ſucceſſum te cōſequuturum ſperas? Si quidem infuſione rurſus frangitur. Si autem, vt ſolent,in panno ligatum decoxeris, trochiſcatum magis remittes. Itaq; duplex error in agarico committitur. Primò, cùm vomitoria illius facultas zingibere caſtigari putatur: deinde cū ex trochiſcato adhuc infuſo, aut decocto purgatio maior ſperatˉ quā ex ſimplici & puro. Qđ temerariæ credulitatis genus eſt:

cùm

cùm ne quidem idonea ex illo ſuccedat purgatio. Bis enim(ut Meſuæ ſermone utar) perdidit animã, ſiue duplici infuſione: ſiue infuſione, aut decoctio ne, quæ poſt macerationem, aut lotionem adhibita fuerit. Quod & ſi perſpicuum eſt, iam ſæpè à nobis demonſtratum, tamen à recepto barbari ſeculi mo re recedere non audent, ſed authoritate Meſuæ ſe tueri uolunt, quem tamẽ ab hoc ſemper abſtinuiſſe conſtat. Cui uerbo ſi fidem adhibere nolunt, legãt compoſitiones omnes Meſuæ, legant praxim, & to tum opus medicinæ illius, nuſquam reperient agarico trochiſcato illum uſum fuiſſe. Sed agarico puro, nunc trito tantum, nũc infuſo, aut decocto, addito tamen, ut ſolet, aliquo infrænante. Nec quod inter ſua ſimplicia ex aliorum ſententia eius meminit, perſuadere debet trochiſcatum plus ei probari, cum uſurpatione contrarium oſtenderit. Videant ergo mirabiles iſti præparatores quomodo in reijciendo puro agarico, & trochiſcato ſubſtituendo, authoritate Meſuę ſe tueri poſsint. Sed recipiamus trochiſcatum: ipſum ſanè in infuſionem adhibitũ non legẽt apud Meſuem, neque apud Auicennam, neque apud alios meriti alicuius authores. Itaque ſubſiſtant, & non à ueteri, ſed à barbaro, & inepto more recedant: & agarici uerũ uſum diſcãt, in hũc modum. Cum per ipſum pituitã, alioſque huic hærentes humores efficaciter purgare intendens, ſubſtantiam eius tritam dato, ſicut ueteres omnes, atq; Meſuẽ ipſum in antidotario, & opere practico feciſſe cõſtat. Conferret tamẽ caſtigationis gratia eddere ſalis gẽmei, galãzę, mentę, zingiberis ſuas partes,

tes quæ nauſeam, & flatus mitigent. At ſi mitius ipſum optaueris, trochiſcatũ exhibeto, & quod ſtõmachum roboret, & modicè adſtringat addito: nam neque zingibere, neque vino vomitus àrceri poteſt. Tritum tamen hoc dabis, nõdum autem infuſum, aut decoctum, ne cum ſciolis iſtis erres. Si, quod plerique faciunt, medicamenti ſubſtantiam ſuſpectam habeas, & infuſionem vt delicatiorem, ſic ſalubriorem exiſtimes, infunde purum agaricũ in oxymelite ſimplici, vel ſcillitico, vel in vino, aliòue conueniente liquore, cum zingibere, menta, cęterisque infrænantibus. Sic enim caſtigato vomitu, ac flatu, purgationem experiere benignam, & copioſam ſatis, vt trochiſcati ſubſtantia nullo modo egeas. Si cui (vt fit) laſciuire placeat, trochiſcato vti licebit iterum macerato, ac infuſo, aut decocto: ſed incidendi magis quàm purgandi gratia; niſi delicatis, & mollibus naturis apparentur. Vix enim leuis indè ſequitur pituitoſi humoris expurgatio, niſi qui aſſumpſerit tam lubrica aluo ſit. Quod probabit qui ſolum, nec cæteris permixtum dederit. Duplex eſt enim probandorum medicamentorum modus. Vnus cum ſolum, nec alijs catharticis adiunctum datur, vt propriam eius facultatem explores. Alter, cũ permixtum exhibetur, vt quid cum cęteris efficiat, vel non efficiat intelligas. Sed videas iſtos ineptiarum magiſtros primum omittere, & in altero improuidè ſe gerere. Conſideranda verò pharmacopolarum aſtutia: qui ſe his contentionibus immiſcuerunt, volentes trochiſcatum vbique præſcri-

bi. Digna auaris animis voluntate: vt cùm purum & ſimplex adhibuerint, trochiſcati à medico præſcripti pretium reportent. Præſcribat quantum, & quoties velit trochiſcatum medicus, hoc (niſi forte in infuſionibus, trituris, catapotijs) non apponet pharmacopola, ſed purum, & ſimplex. Interim rebus ſuis prouidebit, & medici præſcriptum ſe compleuiſſe aſſerens, trochiſcati quod non appoſuerit, pretium expoſcet. Singulis menſibus huiuſce vrbis medici libras (quod minimum) duodecim trochiſcati ſiue in infuſionibus, ſiue in apozematis, alijſque decoctis, ſiue in trituris, catapotijs, aut electarijs, præſcribunt: & tamen quotquot ſunt hic pharmacopolæ, libras decem toto anno non parant. In quo fraus, & impoſtura illorum detegitur. In qua etiam conniuent medici, probitatis & doctrinæ leges tranſgredientes. Sed quid opus eſt præſcribere in decoctis agarici trochiſcati in panno ligati drachmas duas, tres, quatuor, cum agarici puri ſubſtantia magis conuenire videatur? Commonendi autē ſunt tyrones, agaricum officinarum veterum agarico moleſtius, in purgando imbecillius eſſe: qua de cauſa maiore copia dari debet. Nam ſubſtantiæ drachmæ duæ, vix ſatisfaciunt: in infuſione, drachmæ tres nihil ferè agunt, ſi ſolum ac citra aliorum catharticorum adiunctionem apponatur. Quod cùm experimentis didicerint, iudicabunt etiam trochiſcati maiorem doſim parandam.

DE RHABARBARO. *torrefacto.*

IN alui fluxu purgantia ſua medicamenta non adhibebant veteres, quòd qua pollerent partiũ tenuitate, & acrimonia, & inteſtina roderent, & nouam materiam ad locum affectum traherent. Poſteritas adſtringendo purgantibus dotata, neque eroſionem, neque nouum influxum veretur: quòd per ea tantum adſtrictoriæ facultatis, peracta purgatione, in ventre relinquatur, quantum attractionis in purgatione agebatur. Adſtringendo purgant myrobalani, abſinthium, rhabarbarum. Quorum adſtrictionem, & deſiccationem augere volentes noſtri æui medici, ad torrefactiónem ſe contulerunt: Rhabarbarumque ad eam intentionem vtraque natura, purgatoria inquàm, & adſtrictoria, magis idoneum, elegerunt. Quod torrendo innocentius fieri putant: cum tamen experientia cõſtet mediocriter torrefactum, vehementius, & minore doſi purgare, quàm integrum. Et ſi maiorem aduſtionem adhibueris, purgatoria facultate penitùs deſtituetur. Itaque, ne hic erres, ſatiùs eſt tritam rhabarbari ſubſtantiam exhibere, quæ vnà cum familiari purgatione natiuam ſuam adſtrictioné imprimat. De qua re longiorem ſermonem contexere hic nolumus: quòd idem argentum capite ſexto libri ſecundi Methodi noſtræ tractauerimus.

DE ABSINTHIO.
Cap. III.

IN abſinthio dupliciter peccant recẽtiores. Primò cũ in pontici penuria, noſtrũ adhibere recuſant: deinde, cũ abrotonũ, aut ſantonicũ ſubſtituunt. Abſinthio maximè vtitur Galenus in ventriculi, & iecinoris affectibus, tãquàm medicamento cũ adſtrictione, & robore, calefaciente, & extergẽte: qđ partium illarum natura requirit. Ponticũ autẽ prçfert, vbi de robore potiſsimũ cogitamus: quòd in eo facultas adſtringẽdi non parua ſit. In cçteris omnibus, amara quidem qualitas eſt vehementiſsima: adſtrictio verò aut planè obſcura, aut prorſus nulla guſtu deprehenditur. Proindè (inquit) Põticũ ad iecinoris, & vẽtris phlegmonas eligi prçſtat. In cçteris autẽ affectibus, in quibus amara qualitate, magis q̃ adſtrictoria facultate opus erit, noſtrate vti quid prohibebit? Nã & cçtera multa quç adſtrictionem adaugẽt familiariter, admiſcere licet. Intingẽdum autem priùs aqua feruenti, ne nidore offendat. Nec dubitandum hoc ipſum adſtrictoriç facultatis particeps eſſe. Hãc enim omnibus abſinthij generibus communem facit Galenus libr. 6. ſimpl. med. In noſtrate autem guſtu ea manifeſte deprehẽditur, licet nõ tam efficaciter quàm in Pontico. Eſt etiam graueolentia, quç noſtrum inferius reddit. Hanc ſpicanardi, ſchçnantho, & ſimilibus emendare cõuenit: ſicut & adſtrictionẽ, roſis, corallijs, & cydonio adaugere. Nec verò ferendi

rendi qui in ventriculi affectibus Abrotonum, aut Santonicum ſubſtituunt: quique ſyrupum abſinthinum commutant in Santonicum. Adſtrictione enim, & robore inferius eſt Santonicum: & ſicut abrotonum, ventriculo admodum infeſtum exiſtit, vt docet Galenus, ſolum præterea inter hæc abſinthium, ſed maximè Ponticum, ſtomacho gratum aſſerens.

DE CHYNA ET APIO. Cap. IIII.

CHynam, & Apion diuerſas res eſſe, radicemque nunc vocatam Apion eſſe chynam, & non Apion peculiari tractatu oſtendimus. Qui ſi in paucorum manus inciderit, ſermonis iteratione rationes ipſę denuò promulgari videbũtur. Itaque de his rurſus acturi ſumus, quòd ad practicæ medicinæ caſtigationem, quę hodiè in ſudoribus eliciendis magna ex parte verſatur, iure optimo referantur. Totum autem hoc dubium rerum ipſarũ collatione reſolui dicebamus. Quod ſi, vt medicinæ leges dictant, fecerimus, deprehendamus nullas plantas minùs inter ſe conuenire. Nam chyna magnis, rudibusq;, ac inæqualibus fruſtis, lignoſa, ſimul ac fungoſa, foris autem ſubrubra, intùs ſubalba primùm adferri cæpit: modo integra turbinata radice, pallidior & parua adfertur, cum ruboris remiſsione, obſcuratione ſubalbedinis internæ. Viſitur autẽ arida, & teredine, ac carie eroſa. Apios radicem habet aſphodelo ſimilem, ad pyri (vnde

nomen habet) effigiem accidentem, rotundiorẽ tamen, intùs candidam, liquore plenam, foris verò nigreſcente cortice tectam, vt ſcripſit Dioſcorides. In viribus alia eſt differentia. Nam Apios tota, aut ſuccus eius, ſuprà & infrà purgat: ſuperior eius pars, vomitione bilem, pituitamque extrahit: inferior, per aluum. Quod præter Dioſcoridem, notarunt Theophraſtus, Paulus, & Plinius. Chyna neque ſupra, neque infra purgat: imò ſiccat, & Apio egere creditur, vt aluum moueat. Qui enim illius prǫparationẽ, & vſum ſcriptis mandauerunt, inter cætera iuſſerunt, vt reſiſtente aluo ἀπίυ huius (non ſelini, vt quidam hallucinantur, cuius vis per aluũ purgatoria nulla eſt) portiũcula, cum chyna, purgandi gratia, decoqueretur. Differunt ergo vel ipſis Chynæ authoribus. Si enim Apios decoctioni chynæ aliquando inſeritur, Chyna Apios non eſt. Nec obſtat, quòd quæ integra hodiè adfertur, turbine pyrum quodammodo repræſentat. Nam plurima ſunt quæ pyrum referunt, quę tamen ab apio toto genere diſcrepant. Præterea conſideranda eſt chynæ paruitas, quæ differentiam magnam cũ apio conſtituit. cuius radix longa deſcribitur, præterea etiam ſuccoſa, & albiſsima: cum nihil horum ad Chynam ſpectet, quæ candida non eſt, ſed rubedinis mixtione quadam ſubalbeſcit: foris etiam rubeſcit, cum Apios nigreſcat. Hæc apertè declarant Chynam, & Apion, res & delineatione, & facultatibus eſſe diuerſas: vt mirer doctos aliquot viros ex ſola Chynæ figura turbinata, & pyrũ quodammodo referẽte, tanquàm ex vnguibus.

Leo-

Leonẽ, Apion iudicaſſe, quaſi nihil ſit qđ pyrũ refe rat, præter Apion. Vtriuſque vis magna eſt ſudores mouere, & ſiccare arthritidem, vulcera malemorigerata, puſtulas, & ſcabiẽ. Sed in Chynæ pręparatione, & vſu, quatuor caſtigatione digna mihi videntur. Primum, quod aſſa ante quartum decimum diẽ non admittunt, ſed elixa tantum : cũ tamen ſtatim ab initio hic ſiccandum ſit: elixa verò deſiccationi plane reſiſtant. Alterum eſt, quòd cydoniatum nõ ſolum permittunt, ſed affatim etiam ſumendũ con ſulunt. Quo tamen ſudores per adſtrictionem cohibere ſolemus, quod propoſitæ intentioni, quæ eſt ſudores è toto corpore citare, omnino aduerſatur. Tertium eſt, quod mel plus quàm cætera remedia per totũ curationis decurſum cõmendant. Quod tamen in bilem verti conſtat calidis ſiccisque temperaturis. A quibus eximenda non ſunt corpora hoc remedij genere ſiccata, & calefacta vaporoſo ſudoris ſpiritu. Quartum eſt, quod ſpretis artificioſis, vſitatisque clyſteribus, ſuppreſſam alum laxant aquis ſtillatitijs cichorij, & boraginis, cum oleo roſato, vel communi, adiecto ſale : credula nimium, & abſurda ſuperſtitione, quaſi in boraginis, & cichorij deſtillationib⁹ laxãdi vis maior inſit, quàm in decoctu. Apion chynæ modo parari vidimus. Nos hãc ad ligni ſancti præſcriptũ reduximus, ſicuti, & tormẽtillã, & radicẽ cãnarũ noſtratiũ, & ramẽta iuniperi, quibus aliquãdo vſi ſumus. Chynæ autẽ præſcriptũ hoc eſt. Purgato vniuerſaliter corpore, Sumite radicis chynæ vncias vigintiquatuor, vt tot curationis diebus inſeruiãt. Co China præparatio.

quito ſingulis diebus vnicam vnã tantum:admoni tus aſſeruatum decoctum aceſcere. Pridie radicis partem illam per tranſuerſum in tenuiſsimas aſſu-las incides,quas totum diem infundes in aquę lib. ij.aut pluribus. Die craſtino addes aquę recẽtis li-bras decem,.& coques in vaſe terreo nouo & am-plo ad tertię vel medię partis conſumptionem , in-tecto ſemper vaſe,ne vis aliqua cum vapore exha-let. Tunc vas proximum igni conſtitues, pannis ru dibus inuolutum,ne decoctum citiùs quàm opor-teat,refrigeretur. Dabis ægro aquæ huius calidę li-bram unã benè mane: & poſt duas horas ſudor erũ pet,modo ęger pannis adhuc cooperiatur. Deter-ſo ſudore, ſurgere permittitur, non autem egredĩ ante ſeptimum diem. Octauo, ſi velit,exire à pran-dio poterit, modo calidis tegumentis aduerſus ae-ris & uentorum iniurias pręmuniatur. Victus par-cus,aſſatarum carnium vſus,mollitę confectiones, aut ſaccharatę, medicamẽti vim augere credũtur. Vtendum pullis gallinaceis,capis, cuniculis iunio ribus,uitulina,& ueruecina,aſsis,aut rarò elixis:pa ne uerò aut biſcocto,aut alio furfuraceo,nec recẽ-ti. Conferunt ex ſaccharatis, aut mellitis,conſerua capilli ueneris,primulę ueris, ceterah, cichorij : & mel roſatum,aut conſerua roſarũ ex melle, nuces etiã cõditę,& mazę ex amygdalis,auellanis,pineis. Potus ſit decoctũ illud tepidũ, aut calidũ, nunquã autem frigidum. Quo & in cibatu, & interdiu u-tetur, bibendo non ſobriè, ſed quantum opus e-rit. Abſtinebit à piſcibus,à iuſculis,à lacticinijs,ab acetoſis, ſalſisque omnibus ab oleribus, uino, &
uene-

venere. Purgabitur in principio, medio, & fine. Cæteris diebus cùm aluus ſupprimitur, addunt ſingulis chynæ infuſionibus, & decoctionibus radicis ἀπιε ſemidrachmam. Quæ ſi nihil effecerit clyſteres admittunt. Conſumpta verò 24. vnciarum decoctione, inſolantur, ac deſiccantur prædictæ aſſulæ, quæ primam decoctionem ſuſtinuerunt, & poſtea inciduntur in fruſta adhuc minutiora, ac coquuntur vt prius, in lib. 12. aquæ ad tertiæ partis cõſumptionem. Hæc aqua vtitur æger octo decemve diebus poſt. 24. illos quibus ſudor procurabatur. His vero ſudor non expectatur, ſed ſola per remedij naturam exſiccatio. Extrinſecùs fouentur vlcera, & loca dolentia linteis in primo aut ſecundo decocto infuſis. His ferè verbis huius præparationẽ alibi docuimus. quam tamen erroribus purgatam exhibere voluimus.

DE FILICE. Cap. V.

Filicem miror nonnullis ſuſpectam eſſe in hepaticis affectionibus, cùm Galenus libr. VIII. Comp. pharmac. loc. Cap. VIII. inter auxilia primi meriti ab Aſclepiade conſcripta hanc enumeret, & addat quod conrrouerſiam dirimere poſſit, his verbis. Cæterùm (inquit, tractans de iecinore) ad viſceris expurgationem, & meatuum apertionẽ, citra manifeſtam calefactionem, aut refrigerationem, optimum pharmacum filix eſt, prædominantem habens amaram qualitatem. Quod ſi adſtrictionem deſideres, huius quoque partici-

pem

pem eam facit lib. VIII. ſimplic. medic. vt tum deterſione, tum robore medicamentum ſit verè hepaticum. quod Paulus, Aetius, & practici illuſtriores experimentis, & traditione confirmarunt. Ad lumbricos necandos remedium eſt tritum, & efficax: quo etiam ad ſubducendam aluum vſi ſunt veteres, vt cõſtat ex Dioſcoride, Theophraſto, Plinio. Et Scribonius Largus filicis radicem lotã, raſam, atque in minimas particulas conciſam aceto conditо, vt bilem deijciat. Nõ eſt ergo nouum, vt illi exiſtimãt, internorum affectuum remedium filix: ſed vt veteribus cognitum, ſic recentioribus ad multa vſurpatum, in hepaticis affectionibus prærogatiuam quandam habere deprehenditur.

NYMPHAEAE RADICIBVS, & ſemine vtendum, non autem flore ſolo: & frigidum & ſiccum eſſe illam totam, neque florem eſſe humidum. Cap. VI.

NOn probant quod radicibus & ſemine nymphææ in medicina vtimur, abſurdũ exiſtimãtes aliud præter florem ex ea aſſumere. Sed vide q̃ prudenter: nam Dioſcorides, Theophraſtus, Galenus, Paulus, radicem & ſemen vſurpant, nulla floris ad medicinæ vſus facta mentione: & Auicenna radicis, & ſeminis, æquè meminit ac floris. Taxandi ergo illi potius qui radicem & ſemen negligũt, & veteribus pręteritum florem tanti faciunt, vt totius plantæ dignitatem in eum transferant. Eſt etiã

in

in facultatibus controuerſia. Auicenna enim,& tota ferè Arabum familia nymphæam frigidam humidam ſtatuit. Galenus verò ſiccam facit, de frigiditate nihil apertè decernens, niſi quod ex viribus ſatis indicat eam quoque frigidam eſſe. Quod verò ſicca ſit, apparet ex eo quod plagis impoſita ſanguinem ſiſtit Theophraſto: & vẽtris profluuia cohibet, ſemen genitale fluens retinet, dyſenterias iuuat, & mulicbri profluuio medetur Galeno, Paulo, Aetio, quas facultates Auicenna etiam agnoſcit in radicibus, & ſemine, non autem in flore. Vnde conciliandi eos occaſionem ſumpſerunt quidam viri docti, radicem & ſemen frigida & ſicca dicentes, florem verò frigidum & humidum. Quãquàm ex comptorijs medicamentis, quibus admiſcetur, facilè eſt iudicare hunc non humidum, ſed ſiccum eſſe. Vtuntur enim mulierculæ aqua illius ſtillatitia tum ſola, tum cæteris permixta, ad erugandam cutem, & poliendam faciem. quod citra abſterſoriam facultatem effici non poteſt: quæ non humiditatem, ſed ſiccitatem potius arguit. Nec mirum florem abſterſorium videri, cùm tota planta ad alphos, & alopecias vſi ſint veteres. Nec exiſtimandum hos tam cęcos fuiſſe qui in re tam facili & ſenſibus obuia diſtinctionem illam (ſi modo vera fuiſſet) in flore, ſeminibus, & radice non animaduertiſſent. Syrupum ex nymphææ floribus, non ſolum frigiditatis, verumetiam humiditatis ratione in cõciliando ſomno primas à ſyrupo papauerino obtinere aiũt. Verùm cùm ſolus, ac ſimplex reuocatur in vſum, ſyrupo violaceo inferior deprehenditur.

Id

Id manifeſtè probat recentiores floris temperaturam, & vſum non benè cognouiſſe.

DE ROSATA NOVELLA. *Cap. VII.*

SImplicium aliorum veram naturam, & hiſtoriam, quæ nos ab errore tueantur, expreſſerunt Leonicenus, Hermolaus, Manardus, Ruellius, Fuchſius. A quibus propoſitę caſtigationis neque materiam, nque colores mutuari voluimus: ſed qđ ab illis ſilentio præteritum, aut non ſatis explicatũ eſt, & tamē caſtigationem requirit, tractare decreuimus. Itaque è ſimplicibus paucula tantum attigimus, quæ nondum ſatis erant examinata: è compoſitis autem, quæ omnino illi prætererunt, ante oculos ponere ſtatuimus. Inter quæ prima ſeſe offert Nicolai Roſata nouella, calidorum drachmis ſex & triginta conſtans integris, cum roſarum drachmis decem, & minùs. Vincente plus quàm quintuplo calidorum exceſſu, ſi qualitatum gradus contemplatus fueris. Hanc tamen nō veretur medicorum turba fateri conferre apprimè calori, & ſiccitati ſtomachi, cordis, hepatis, & pulmonis: necnon ſitim compeſcere, vomitum ſedare, abſcindere debilitatem ſtomachi, adſtringere laxa, cardiacis ſubuenire, ſudorem diaphoreticum reprimere, ex chronica infirmitate debiles recreare. Quæ ipſius antidoti naturæ pleniſsimè aduerſantur: quam conſtat calidiſsimam eſſe, & longè plus ſiccitatis, quàm humectationis habere, nec ad tan-

tam adſtrictionem idoneã deprehendi. Quod Platearius, Nicolai commentator, in dubium reuocari audiuit, ſed ſtolida ſatisfactione mihi ſæpè riſũ mouit. Dixit enim: Quidam dicunt roſatam nouellam eſſe calidam, ſed meus pater dicit eam eſſe tẽperatam, & magis pertinere ad frigiditatem, quàm ad caliditatem. Quibus verbis ſe nõ in ratione, ſed in parentum fide ſtare voluiſſe declarat. Nam vel ipſorum quæ antidotum conſtituunt enumeratione, manifeſtum euadit eam calidam eſſe, ac ſiccã. Cõſtat enim roſarum, ſacchari, & glycyrrhizæ ſingulorum drachmis ferè decẽ: & cinnamomi ſcrupulis octo, ſuperadiectis duobus granis: & caryophyllorum, nardi, zingiberis, galangæ, nucis muſcatæ, zedoariæ, ſtoracis, calamitæ, cardamomi, ſeminis apij ſingulorum granis viginti octo: Vbi, quę refrigerent, roſæ tantum apponuntur: cætera omnia calefaciunt. Ex humectãtibus ſunt glycyrrhiza, & ſaccharum: quæ & roſarum, & aliorũ ſiccitate vincuntur. Itaq; inter calidas ac ſiccas reponenda hęc compoſitio: non inter frigidas & humidas. Quare nec viſcerum calori ac ſiccitati conferet, neque ſitim ſedabit, neque vomitum cohibebit, quod credula noſtra ætas ſibi perſuaſit: ſed calefaciet, ac ſiccabit in ſecundo, aut ſaltem in primo gradu.

DIARODON ADVERSVS *noxas à calore contractas fruſtrà parari.* *Cap. VIII.*

Diarodon abbatis, Nicolai deſcriptione, frequenter adhibetur ad emendandam calidam

lidam ventriculi, & viſcerum intemperiem. Quod vt à ratione alienum eſt, ſic tolerari non debet, ſed caſtigationem requirit, vt frigidis affectibus, nõ autem calidis, quod in calido excedit accommodetur. Contemperatur ea compoſitio calidorum ac frigidorum æquis ferè portionibus. At ſi qualitatũ exceſſus in ſingulis conſideraueris, calida præpollere videbis, alarum inquam, maſtichen, ſpicã, cardamomum, glycirrhyzæ ſuccum, crocum, lignum aloes, caryophyllos, galliam muſcatam, aniſum, fæniculum, cinnamomum, rhabarbarum, ſemen ocimi, ſaccharum candum, muſcum. Quibus frigida contrapoſita ſunt, tragacantha, gummi arabicum, de cuius tamen qualitate ambigitur: ſpodium ebore vſto conſtans, vſtione autem frigiditatem aboleri aiunt: berberis, ſemina ſcariolæ, portulacę, cucurbitæ, citrulli, cucumeris, melonum, papaueris albi, margaritæ, os cordis cerui, roſæ. Ambigunt, ſantalum album, & rubrum, & camphora. His ita commixtis, ac contemperatis, calidum potiùs quàm frigidum emergit remedium. Quod tamen in calore moderationem eam ſeruat, quæ frigidis ventriculi intemperaturis, coniunctas iecinoris calefactiones habentibus, tutò offerri poſsit. Neque enim ad notabilem caliditatis exceſſum aſcendit: neque verò, vt putant, refrigerat: ſed temperatè calefacit, & ventriculi cruditates emendat, flatusq; diſcutit, vt quotidiana experientia demonſtrat.

CON-

CONFECTIONEM ALCHERMES *neq; repudiandam, neque vulgari more vſurpandam. Cap. IX.*

HAnc ob lapidem cyaneum multi recuſant, dicentes hunc venenum eſſe purgans per vomitum, & per aluum: quod præ exigua quantitate facere non valens, lædat magis quàm iuuet. Nã medicamenta huiuſmodi cùm non purgant, retẽta in corpore, vel corrumpuntur, ac tanquam in venena vertuntur: vel concoctionem accipiunt, talemque producunt humorem, qualem trahere nata erãt, vt docet Galenus. Ex quo colligunt lapidem illũ dũ præ exigua quantitate in ea cõfectione nõ purgat, deleterium euadere ſiue in corpore corrumpatur, ſiue in humorem ſibi familiarem cõuertatur. Addunt aurum ad oſtentationẽ adduci, quod nec trãſmutetur, nec concoqui poſsit: quędã etiam de conſtringẽte ſerici facultate, & tincturæ rubore ad trahẽdos ſpiritus adferunt, quæ meo iudicio pro reipſa faciunt. Aurum licet non conficiatur, ego non contemno: expertus, ſi non ſubſtantiæ, ſaltem qualitatis ſuæ beneficium in oris fætore, in cordis ſaltu, & vlceribus, quæ auri numis, vel lamina à putredine, & cacoethia vindicari compertũ eſt. Quod verò de lapide cyaneo adferũt, verum non eſt. Nã multis lotionibus malignam qualitatem depoſuit: aut ita remiſit, vt beneficorum aliorum temperatura ac mixtione non ſolùm innoxius, verùm etiam ſaluberrimus euaſerit. Viperas, venenata animalia, in theriacam addimus: ſed idoneis cocturis, & pręparationibus innoxias reddimus, deinde ſalubriũ

aliorum

aliorum confuſione vtiliſsimas efficimus. Quod haud diſsimili ratione de cyaneo dici poteſt. Quẽ admodum verò theriacam ob viperas, ad ſerpentũ morſus conferre dicimus: ita confectionem alchermes, ob lapidem cyaneum cum melancholia ſimilitudinem quandam habentem, melancholicis affectibus (quorũ gratia potiſsimùm inuenta eſt) prodeſſe putamus. Neque ergo obſtat lapis alioqui noxius, quin confectionem ex eo habeamus vtiliſsimam, alterata lotionibus, & ſalubrium mixtione in meliùs permutata eius natura. Sed ea abutuntur noſtri æui medici pleuriticis, peripneumonicis, hæpaticis febre acuta laborantibus, hecticis, dyſentericis, paſsim ipſam exhibentes: cùm non horum gratia à veteribus parata ſit, aut inuenta: ſed ob melancholiam potiſsimùm, & ſyncopas, vt teſtatur Meſues. Confectio (inquit) ad cordis palpitationẽ, ſyncopen, deſipientiam melancholicam, & triſtitiam, ſine cauſa, mirificè roborans, ac exhilarans animã. Quod etiam illius materia demonſtrat. Conſtat.n. ſerico tincto in grano, ſucco pomorum redolentium, aqua roſata, ſaccharo, ambra, ligno aloes, cinnamamo, lapide cyaneo, margaritis, folijs auri, & muſco. Quæ febribus acutis non conueniunt, neq; hecticis, neque hepaticis, aut pulmonicis: ſed melã choliæ, in qua & cordis tremores, & animi deliquia, & mærores abſq; manifeſta cauſa cernuntur. Repentinis etiam animi defectibus conuenire videtur, & morbo feſsis. Moribũdis autem lapis cyaneus non confert: ſed vel ſmaragdus, vel hyacinthus, aliæque gemmæ, quas ſubſtituere licet.

DE

DE CERATO SANTALINO. Cap. X.

CERATVM Santalinum deſcriptum à Meſue, ad renum, & hepatis phlegmonas refrigeratione quadam conuenire fatendum eſt. Verum ſolida ſiccitate, niſi parcius adhibeatur, partes illas contrahit, indurat, & in ſcirrhum deducit. Quod admonitione dignum mihi viſum eſt, propter medicorum facilitatem, & laſciuiam in vſurpãdo paſſim hoc remedio. De cuius temperatura qui iudicare voluerit, ſciat hoc conſtare roſis ſiceis, ſantalis rubris, albis, citrinis, bolo armenia, ſpodio quod ebore vſto paratur, camphora: omnibus cera alba, & oleo roſato omphacino exceptis. In quibus ſolidam ſiccitatem præualere nemo non videt.

AQVAM QVAE POTVI DAtur febricitantibus, non eſſe diu coquendam. Cap. XI.

MIROR quid ſibi velint nonnulli in aqua febricitantibus exhibenda, quam multum diuque coquere præcipiunt: Cum teſte Galeno (quod & ſenſus probat) longa decoctione ſalſedinem, & tandem, vt cætera, amaritudinem acquirat. Vnde febrilem calorem non extingui ſed augeri potius contingit, Audies verò ægrotantes ipſos de ſalſa illa, interdum etiam de amara qualitate in acqua conqueri, cum in iuſculis, cæteriſq; alimentis nihil tale percipiant. Diutius ergo

cocta,ad ſubeundã amaritudinem, & bilem augẽdam idonea deprehenditur : nec refrigerij,aut humectationis beneficium præſtat, ſed morbificæ cauſæ fomes efficitur. Deſinant itaq; & hoc errore labefactare artem, & perdere ægrotantes : ſed aquam optimam exhibeant, quæ leui decoctione cruditatem, & flatus depoſuerit. Aliam, quæ longiore decoctione ſalſam qualitatem aſſumpſerit, reijciant. An verò & illa febricitantibus cõueniat, & quomodo ſuo loco dicetur. Neque enim febricitantibus ea ſemper conuenit:neque ſine vehiculis tutò exhiberi poteſt : cum mora, quam in ventriculo longam trahit, priuſquàm in venas penetrarit,corrumpatur. Vehicula autẽ illa ſunt, vinũ, acetũ,mel,ſaccharum,aromata.De quibus poſtea.

AQVAM HORDEI FLATVLENtã eſſe,& ſuſpectã : nec ea apertè vſum Hippocratẽ, aut Galenum : ſed Arabes hanc finxiſſe ex ptiſana.

Cap. XII.

NOn rectè faciunt qui aquam hordei in potu paſsim exhibent. Præter id enim quod grati ſaporis non eſt,flatus etiam gignit in vẽtriculo, & tardè deſcendit, & concoctionem retardat. Quod Auicẽnã minimè latuit,qui inflatiuã omnẽ hordei aquam eſſe dixit,in tractatu ſimpliciũ. Et Dioſcorides,Hordeũ,inqt, inflationes parit,& ſtomacho aduerſatur. Qua de cauſa, Galenus ptiſanam parare docens, præcipit coquendum diu hordeum, vt & quãplurimum intumeſcendo flatũ deponat,

&

& poſtea lento igne per multum otium in chylum reducatur. Quod in lib. de ptiſana, & comment. in Hippocratem de ratione victus in morbis acutis expreſsè demonſtrauit. Et lib. 7. aliment. Sic paratus, inquit, hordei cremor nec tormina gignit, nec in ventre exturgeſcit, ſi quidem inter coquendum in quam maximam potuit molē protumuit. Quod idem eſt, ac ſi diceret ptiſanam quæ inter coquendum in quam maximam molem non protumuit, flatus retinere, ob idque tormina gignere, & exturgeſcere in ventriculo. Quas ob cauſas ſi flatuoſa illa manet, quid cenſendum de leui hordei decoctione quæ tumorem illum, & multum coquendi otium experta non fuerit? Quod ſi hæc quoque adhibeas, non potus amplius, ſed cibi ſummam conficis. Potus autem æqualitatem ſeruare volens, efficere non potes quin flatum retineas, dum tumorem illum & multū coquendi otium (per quæ potus eſſe deſinit) nō admittis. Inflabit itaque omnis aqua hordei quæ potui dabitur, cum ea per quæ flatus abiguntur, & cruditas aboletur, nō recipiat: ſed in eo gradu perſiſtat qui ptiſanæ percoquendæ initium adhuc æſtimetur, etiam ſi hordeū ad latiſſimā crepaturā perducatur. Abſtinendum itaq; ab hoc potu Hippocrati & Galeno vtcunq; cognito, nuſquā tamē quod ſciā approbato. Quod ex Galeni dubitationibus manifeſtum euadit, cùm forte in obſcurā, ancipitemq; hui⁹ mētionē inciderit apud Hippocratē. Arabibus aūt familiare, ac frequēs eſt remediū, ad nocēdū magis q̄ ad iuuandū efficax: ſi quidē & ipſis iudicibus cruditates, & flatus adfert.

S 2 Nec

Nec eſt quod aliquis hos hac in parte contrarios, ſed confuſos potiùs exiſtimet. Nam laudes quas aquæ hordei nonnunquam tribuunt, cum ijs quæ ab Hippocrate, & Galeno de ptiſana tradita ſunt, conſentiunt: vt ex hoc manifeſtè appareat, illos per aquam hordei modo ſemplicem potum, modo ptiſanam, & cremorem eius intellexiſſe: huic commēdationes ſuas, illi inflandi noxas aſsignantes. Quicquid autem hi confundant, ac corrumpant, nos qui prodeſſe diſtinctè volumus, reiecto infauſto barbari ſeculi more, puriſsimam aquam calefactā, aut moderatè coctam, poſtea in frigido aere, vel niue, aut in puteo (vt res exiget) refrigeratam, cum Hippocrate, & Galeno febricitantibus exhibeamus: reijciamuſque hordeatam illam, quæ palatum inſuauitate, & ventriculum cruditate, flatibusque moleſtat.

NON SAPERE EOS QVI *credunt oxymelite febres accendi, ipſumq; ratione mellis inflammari. Et ad delendas febrium obſtructiones nullum oxymelite præſtantius eſſe remedium. Cap. XIII.*

OXYMELI neque refrigerat, neque calefacit: ſed acetum, & aquam recipit, quibus mel inflammari prohibeatur. Itaque detergendi, & aperiendi beneficium, citra caliditatis noxam, præſtat. Quo miror euiditis aliquot viris perſuaſum eſſe oxymelite, propter mel, febres accendi. Quod Galenus

nus nunquam dabit, qui hoc vno remedio putridarum omnia genera efficaciter tolli poſſe credidit, vt nec continentes, nec cōtinuas, licet ardentes, exceperit. Cum enim doceret vacuato corpore delēdas obſtructiones, inhibendamq; putredinē, diſcurrit per ſingula quæ in febribus id præſtare poſſunt. In alimentorum quidem ratione ptiſanam, & mulſam recenſuit: in pharmacorum, oxymeli, & quæcunque incoquere in mulſa licet, ceu calaminthē, & hyſſopum, & origanum, & ſerpyllum, & irim, & apium. Verum hęc omnia (inquit VIII. Methodi) iuſto ſunt calidiora, ideoque febres accendunt, ita vtique vinum. Oxymeli verò ſolum nec febres accendit, & ſtrenuè deterget, ſic vt ea quæ glutinoſa craſſaque ſunt diſſoluat, & meatus obſtructos liberet. Et lib. X I. Aqua mulſa quod ad craſſos ſuccos extenuandos, & glutinoſos detergendos, & excretionem promouendam attinet, optimum planè medicamen fuerit in ijs Synochis quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt. Quatenus verò calorem febris adauget, eſt noxia. Vnde ſi hic immodicus ſit, parcendum aquę mulſæ eſt, vtendumque ptiſanæ cremore. Duo ergo recipit ad diſſecāda craſſa, detergendaque glutinoſa idonea, quę non calefaciunt, & iuuant magnopere: Ptiſanam ex alimentorum numero, & oxymeli è medicamentorum ordine. Hoc autem ætatibus naturisq; omnibus vtiliſsimum eſſe tradit alibi: & aceti diminutione ſalubriter parari, vt neque radat, neq; tuſſes excitet, neque neruoſa lædat. Porro inter mulſam, & ozymeli, medio loco conſtituit apomeli,

S 3 arbi-

arbitraturque ſaccharum inter hæc numerandum. Ex quo cum aquæ hydroſaccharum, & addito aceto oxyſaccharum vtiliter confici poteſt, ad delēdas febrium obſtructiones & putredinem arcendam cæteris à Galeno probatis correſpondens, nec minus vtile quàm palato conueniens, ac iucundum. Saccharum autem Galeni, à zuccaro noſtro non ſubſtantia, nec viribus, ſed præparatione, & artificio diuerſum eſſe oſtendimus alibi.

DE SINISTRO APOZEMATUM vſu in febribus continuis; quòdque magna temeritate, aut impoſtura, medici viſcerum obſtructiones paſſim hic obloquuntur, cum huiuſmodi febres ex obſtructione meatuum cutis ortum ducant.

Cap. XIIII.

SVPPONAM Hic tibi vnum ex popularibus medicis à priſca illa probitate, & medendi dexteritate degenerantibus, nulla bonis viris facta iniuria, quos pro ſalute humani generis, procul omni ambitione, & queſtu inuigilare certò ſcio. Panurgus ille, vt primùm continentis, aut continuæ febris curam hodiè arripit, prætermiſſa diligentiore naturarum, morborum, cauſarum, & aliorum conſideratione, ſtatim ſe ad locos communes recit, quibus rei medicæ ignaro ægrotanti perſuadeat ſe rem acu tetigiſſe. Imprimiſque palpatis hypochondrijs, proponuntur hepatis, & lienis obſtructiones, quæ putredinem,

nem,& febrem efficiant. Id æger proter frequentes qui de obſtructionibus habentur ſermones, facilè recipit, & tanquam intelligens benè de medici cõiectura iudicat. Itaque manus dat, & ſe totum illi credit. Medicus verò tanquam noua induſtria famam aucupans, & pharmacopolæ propter expenſas gratum faciens, non oxymeli, Hippocratis, & Galeni facilè ac familiare remedium, nec zulapia barbari ſeculi medicis vſurpata, ſed recentia apozemata ad internas viſcerum obſtructiones parat, neglectis interim cutis obſtructionibus, ac conſtipationibus, quæ impedita tranſpiratione putredinẽ excitant, & febrẽ accendunt. Id iam Panurgorum exemplo, tanquàm experimento viſum, inter medicos tã doctos quàm indoctos, ſenes pariter ac iuuenes tanta ſolennitate receptum eſt, vt ſapere nõ videatur qui eodem curſu cum illis non cucurrit. Quanquam longè aberrant à ſcopo. Nam præter rem ad internas viſcerum obſtructiones confugiunt, cum ad eas non referatur morbi cauſa: ſed ad putredinem, quæ tranſpirabiliũ, fumoſorum inquam, ac fuliginoſorum excrementorum retentione excitatur. Retinẽtur autem ea cùm aut inſenſibiles cutis meatus, quos poros appellant, externa aliqua cauſa (vt frigore ambiẽte, natatione in aquis aluminoſis, & ſimilibus) cõſtipãtur, aut craſſo lentoq; humore obſtruuntur. Nec alio ſermone tractari febriũ hiſtoriam leges apud Galenum, neque apud Auicennã, neq; apud alios authores. Omnes vno ore putredinoſę febris cauſam putredinẽ eſſe aiũt: putredinẽ verò ad tranſpirabilium excremen

 torum

torum retentionem referunt: retentionis verò & impeditæ tranſpirationis cauſam eſſe dicunt obſtructionem & conſtipationem meatuum cutis. Nec viſcerum obſtructiones adducunt, niſi forte, & hæc concurſu quodam affectum cæteris cauſis coniuncta fuerint. Miror itaque quid ad ſomniandam hanc ſubtilitatem mouerit acutulos iſtos magiſtros hepatis & ſplenis opilationes paſsim oblo-quentes, & laſciuia quadam palpantes hypochondria in quocunque etiam leuiſsimo febris genere. Remedium autem quo ad prauam ſuam intentionem vtuntur, fere vnum eſt. Quippe omnes vna conſpiratione apozemata illa ex radicibus ruſci, graminis, aſparagi, herbis capillaribus temperatis, intybis, hepatica, ſeminibus frigidis componunt, & ſemel aut bis in die quinque (plus minus) vncias vſq; ad morbi iudicationem bibendas exhibēt, interiectis putidis quibuſdam clyſteribus, interdum etiam medicamentis purgantibus: admotis verò cordi epithematis refrigerantibus, & iecinori ceratis, renibus vnguentis: Capite oxyrrhodino, vel frontali, vel cucufa (ſic enim vocant) ceu galea tecto: ſæpe etiam ventre emplaſtrato, & pectore inuncto: armato inquam toto corpore, vt contra venientibus hoſtibus fortiſsimè reſiſtat qui ſeipſum mouere vix poteſt æger. Ridiculum eſt, imò miſerandum hoc nebulorum opus, qui tam iniqua conditione diligentiam & artis ſuæ peritiam oſtentāt, quaſi multitudine remediorum euincatur morbus, qui Hippocrate, Platone, & Galeno teſtibus, molliſſimè tractari debeat. Si moriatur æger, reſpondent

amici

amici (quod impoſturæ alas addit) medicos officio ſuo perfunctos, nullumq; remedij genus fuiſſe prætermiſſū. At rectius diceretur multitudine obrutam fuiſſe naturam, quæ paucis contenta ſit, modo conuenientibus tempeſtiuè adiuuetur. Naturæ enim miniſter, non aliptes, nec pictor, aut plaſtes eſſe debet medicus. Sed redeuntes ad caſtigationem, dicamus veteres ſecundum rationem egiſſe, qui vacuata multitudine craſſos lentosq; humores meatibus cutis infarctos attenuarent ac detergerēt, de viſcerū impedimentis nihil ſoliciti, niſi forte coniunctione ac commixtione affectuum tanquā parerga acceſſerint. Sublatis autem cutis obſtrictionibus, libera redditur tranſpiratio, per quam putredo ceſſat, & febris paulatim deficit. Deſinant itaq; medici tam procliues eſſe ad aperienda viſcera, neglectis interim cutis obturationibus, ad quas febres putridas referri diximus. Nec ſingularibus illis apozematis viſcera irritent, ſed in relaxandis aperiendisque cutis meatibus intenti ſint. Verum inſtabunt, ijſdem præſidijs cuti quoque proſpici, cum tergentibus, aperientibus, & obſtructiones tollētibus vtantur. Huiuſmodi enim eſſe aſſerunt radices graminis, ruſci, aſparagi, capillares herbas, intybi genera, & ſemina frigida, præſertim maiora. In qua re conſideratione dignū eſt, an quæ viſcerum obſtructiones tollunt, cutis meatibus referendis ſatis eſſe poſſint. Nam veteres in dictis radicibus, herbis & ſeminibus vim illam extergendi & aperiendi cognouerunt, ſed viſceribus & meatibus vrinarijs peculiarem. Ad cutem enim neque his neque alijs huius

generis

generis medicamētis vſi ſunt: ſed mulſa, oxymelite, & apomelite tantùm. quòd illa, vt exiſtimandum eſt, priuſquàm ad cutem peruenirēt aut deficerent, aut minùs potenter agerēt quàm longinquę obſtructionis natura poſtularet: hæc verò tum euidenti qualitate, tum familiaritate naturæ, quam habent cum ſubſtantia corporis humani (ſunt enim vel alimenta, vel alimentis proxima) ad extremas quaſq; particulas naturæ quodam amplexu ſucceſsiuè differentur. Inſunt præterea & his vt familiaria, ſic penetrantia vehicula, mel & acetum, per quæ ſicuti & per vinum (quod tertium eſt vehiculum) facilè diſtribui, & per vniuerſum corpus prōptiſsimè deferri omnia tum alimenta, tū medicamenta ſcribit Gal. & conſtat experientia. Verùm hic diligenter animaduertendum eſt, ne inſuauitas naturæ moleſtiam afferat, & vehiculum impugnet. Nam ſæpè accidit vt ingratum naturæ ſit remedium, & plus incommodi afferat appetitum deijciendo, & ventriculum ſubuertēdo, quàm commodi facultates ſuas imprimendo: quas ne quidem integras impertitur, cùm à natura ob moleſtiam repulſam patiatur, nec eò perduci poſsit, quò per vehiculum dirigebatur. Itaque veteres è tanta remediorum ſylua, paucula ea quæ diximus ſelegerunt, & reuocarunt in vſum, quæ ſuauitate naturam allicerent, & oblectatione vires ſuas altiùs imprimerent, dum naturæ familiari amplexu diſponerentur. Inſuauia enim reſpuit natura, quòd in alimentis videre licet. In quibus etſi vtilitatem ſpectemus, non voluptatem, quia tamen cibi inſuauítas (vt docet Gal.) magna ex parte in

te in cauſa eſt quo minùs probè ipſa conficiantur, cõdituras eas adhibere cogimur quæ inſuauitatem, auferant. Quæ ratio, in familiàri exemplo, nos ſatis admonet improbandum etiam apozematum illorum vſum, licet condimento & vehiculo dulci, ſaccharo inquam (quod mellis genus quoddam eſt) prędita ſint. Tot enim confuſione rerum inſuauia, ac nauſeabunda euadũt, vt ventriculum ſubuertãt, & appetitum & vires deijciant, familiarèque vehiculum illud qualitatum exceſſu aut extinguatn, aut ita inficiant, vt repulſam à natura patiatur, propter ingratum aliorum ſaporem, ſuauitati ſacchari longè lateq; præpollentem. Itaque duplici nomine improbanda veniunt. Primum, quoniam præter rem ad delendas viſcerum obſtructiones (ad quas non refertur morbi cauſa, ſed ad obturationem & conſtipationem meatuũ cutis) parantur. Deinde quòd licet vehiculo naturæ familiari prædita ſint, cæterorum tamen inſuauitate hebeteſcant, & naturæ moleſtiã inferendo, repellantur ab ea ne facultates ſuas altiùs (veluti ad cutem) imprimant. præſertim in febribus acutis, quæ appetitum, & vires ita deijciunt, vt blandimentis recreari poſtulent. Quod ſi quis dixerit purgantium medicamentorum inſuauitatem in his tolerari: huic reſpondeo, nòn ob eorum qualitatem, ſed propter maius commodum quod ex deiectione ſpectatur, tolerari. Ea tamen ſi frequenter admitteretur, non ſolum aſsidua deiectione, verum etiam faſtidioſa qualitate vires proſternerent, & mortem procul dubio inferrent. Blandè enim acuti morbi tractari debent, qui nec

primarum, nec ſecundarum, aut aliarum qualitatum moleſtias ferunt facilè. Quod in dictorum apozematum adminiſtratione conſiderandum erat, ſicut & iam in zulapijs animaduerſum eſt, quæ ideò prçterita ſunt, quòd deſtillatarum aquarum mixtio ne temperarentur, quæ (vt aiunt) ventriculo ingratæ ſunt. At nemo eſt qui non videat apozemata illa zulapijs iſtis ingratiora, & moleſtiora eſſe. Qua ergo ratione medici noſtri zulapia relegarũt, eadem nos, & digniore, apozemata illa reijciẽda putamus. Addo tertium, quòd cùm præcipuè vrinas moueãt (huius enim facultatis ſunt radices illæ aperitiuæ, diureticæ idcirco vocatæ, necnon capillares herbę, & ſemina frigida, vt interim cætera omittam, ad quiduis ferè procliuia) intempeſtiuè adhibeantur in principio, vel augmẽto febris (neque enim alijs temporibus à noſtris adhibentur) cum tamen nunquam niſi concocta materia, vel inclinante morbo diuretica in his adminiſtrari debeant. Accedit, quòd ridiculum eſt tanto labore, ac ſumptum inſuaue, ac incerti effectus parare remedium, cum facili decocto, & leuibus expenſis, ea quæ à veteribus probata ſunt, & a recentioribus confirmata, liceat cum ſumma ſecuritate, & voluptate non modica vſurpare. Omiſsis ergo huiuſmodi apozematis, vtẽdum mulſa, oxymelite, aut apomelite (quod, ſicuti & ſaccharum, inter mulſam, & oxymeli medio loco reponit Galenus) remedijs veteribus tritis, & è tanta ſylua ſelectis ad tenuandos, tergendosq; craſſos, ac lentos qui cutem obſtruunt, ſuccos. Nec legas apud Hippocratem, aut Galenum (quem tamẽ

de radicibus illis, herbis, & ſeminibus quod iuſtum eſt ſcripſiſſe conſtat) aliud remedij genus ad delendas febrium obſtructiones ſatisfaciens, præter calida quædam, quæ in mulſa, aut oximelite incoquuntur, quibus tamen in continuis, & bilioſis vti prohibent: ſicuti & mulſa, quòd facilè inflammetur. Oxymeli verò ſolum recipitur, ac commendatur, tanquam putredini reſiſtens, craſsitudinem attenuans, & lentorem extergens, ad cutem etiam penetrans, nec febres accedens. Interdum etiam mulſa cũ conditione permittitur, quibus non bileſcit. Apomelite etiam, & ſaccharo vti conceditur, cum inter mulſam, & oxymeli ambigimus. Verùm citra ſcrupulũ oxymeli veteribus paſsim vſurpatur, quòd omnia poſsit quæ attenuando, tergendo, & penetrando requirantur in febribus. Nec nocumenta illa radendi, inteſtina, & tuſſes mouendi, adeò verenda ſunt, vt nos ab eius vſu terrere debeant, cùm detractione ponderis aceti, & additione mellis ſalubriter parari poſsit, vt neque radat, neque tuſſes moleſtas exci tet, neque neruoſas partes offendat. Oxymeliti adde mulſam, mitius illud efficies; adde ſaccharum, aut hydroſaccharum, vtile ſimul ac delicatum reddes. Quod ſi cui fortè in imbecillis noſtri æui corporibus ſuſpectum ſit præſertim melancholicis, & mulieribus, quarum vterus facilè offenditur aceto, in his mulſa vtendum conſulo. Quæ ſi bileſcere videat, paretur dilutiſsima ex aquis cichorij, endiuię, ſcariolę: vel mellis loco puriſsimũ ac defęcatiſsimũ ſaccharum (ſi fortè aliud melli proximũ videatur) cum aqua decoquatur: vt mulſæ loco, hydroſaccha

rum

rum album, & minùs mordax præbeatur. Quo nihil eſſe poteſt vtilius, vbi oxymelitis vſus ſuſpectus fuerit, nec mulſa vti licebit. Terget enim ſaccharum, & inter mulſam, & oxymeli mediam naturam ſortitum eſt, vt docet Galenus lib. 8. methodi. Dulcedinem autem vel aceti tantillo mitigare licet: quo etiam dulcia omnia inflammari prohibentur. Non eſt autem quod exiſtimemus, hoc & oxymeli, refrigerandi gratia in febribus admitti. Frigida enim non ſunt, neque verò calida. Itaque ad tollendas obſtructiones, tergendaque glutinoſa, craſſaque attenuanda, & putredinem emendandam adhibentur. Quod citra caliditatis noxam celeriter efficiunt, nec febres adaugent.

SANGVINIS MISSIONEM *purgationi præmittendam; nec ferendos vltrà medicos prius purgantes, deinde venam ſecantes.* Cap. XV.

QVI purgationem venæ ſectioni prǽmittunt, videntur in Hippocratis, & Galeni lectione parùm diligentes extitiſſe. Docet enim Hippocrates, aut quiſquis tandem ille author fuit, libro quarto de ratione victus ĩ morbis acutis, hypochõdriorum inflammationes, ſepti tranſuerſi intenſiones quæ à flatibus non proueniunt, orthopnæam ſiccá, iecoris dolores, lienis grauitatem, ac reliquas inflammationes, item ſepti tranſuerſi dolores, & morborum collectiones ſolui non poſſe ſi quis primùm

mùm purgante vti medicamento aggreſſus fuerit. Nam venæ ſectio (inquit) in his prætereunda venit: deinde clyſteribus opus eſt, ſi vehemẽs & magnus fuerit morbus: ſi verò non, & poſtea medicamento opus ſit, ſanè id poſt ſanguinis miſsionem ſecurè, & mediocriter porrigendum. Qui autẽ ſtatim inter morbi initia inflammationes medicamento ſoluere conātur, ij non ſolum ab intẽſa, inflāmataque parte nihil adimũt, cũ non cedat, obſequaturque, quæ adhuc cruda eſt, affectio: verum quoq; & quę morbo repugnant, ſanaq; ſunt abſumũt, & cõtabefaciunt: ductoque ad imbecillitatem corpore, morbus ſuperior euadit: qui vbi corpus vicerit, remedium non habet. Quæ verba aſſumens Galenus totius rei ſummam hac interpretatione complexus eſt. In tota, inquit, dictione prius ad ſanguinis miſſionem veniendum, deinde ad medicamentũ præcipitur: non autem è contrario, vt alij ſcribunt, aſſumendum medicamentũ, deinde ad ſanguinis detractionem deueniendum. Dixerat autem priùs, in tumoribus præter naturam, atque omnibus morborũ collectionibus, vbi inquàm vitioſi aliqui humores in partem aliquam confluunt, atque in ea aceruantur, ubi firmati ſunt, nec turgent, aut transfluũt, interdicendam purgationem priuſquàm ſanguis mittatur. Et comm. 1. lib. 6. epid. apertè decernit uenæ ſectionem quàm purgationẽ prius eſſe moliendã, ubi utrũq; deſideretur auxiliũ. Quod author libri de renum affectibus validiſsimis rationibus cõfirmauit. De quibus capite quarto libri ſecundi methodi noſtræ egimus. Vbi etiam ſatisfactum eſt

reſponſioni eorum qui dicunt, veteres illos de eradicatiua (quæ illis frequens erat) purgatione, non autem de minoratione quæ blandis, & vix primas venas excedentibus perficitur, intellexiſſe. Caſus tamen, in quibus licet blanda illa minoratione anteire, nonnullos expreſsimus. Quos, qui volet, ex dicto loco petet. Neque enim repetitione moleſti eſſe volumus.

FLVENTE ALVO, SANGVINEM mittendum non eſſe. Cap. XVI.

INter frequentes qui a medicis committuntur errores & hic ſanè connumerari poteſt. Neque enim fluente aluo a ſanguinis miſsione abſtinent: 4.Vict. acut. licet Hippocrates id prohibuiſſe videatur: in ſanguine mittendo aluum adſtringere docens, poſtea verò ſanguinem mittere. Quod aſſumens Galenus in commentario, fluente, inquit, aluo ſanguinē non detrahes. Nam ſi poſt detractionem perſeuerat fluor, virtutem proſternit. Cuius primariam rationem nos habere conſulit Hippocrates, certus duplici corporis vacuatione vno die facta, vires inſigniter offendi.

FLVENTE ALVO NON ESSE purgandum. Cap. XVII.

QVæ ratio venæ ſectionem a fluente aluo ſeparat, eadem omnino purgationē interdici. Neque enim citra virium offenſam medicamen-

dicamentum purgans dari poteſt, ſicut nec ſanguinis miſsio adhiberi. Ipſe verò alui fluor, licet ſpontinus, & mitis, corpus ſemper imbecillius efficit: deterior verò euadit cùm & præceſſerit & conſequenter alteri noxę ſucceſserit. qui ſi copioſus extiterit, naturam euertet. Neq; enim tot iniurijs par eſſe poteſt morbo affectum corpus. Quod Galenus, lib. 1. ad Glauconem expreſsit his verbis. Sed nec, ſi cum alui profluuio febris acceſſerit, alia vacuatione eſt opus. Verùm ipſum per ſe ſufficit, etiam ſi non ſit pro multitudinis ratione. Quicunque enim ab ijs, tanquàm maiore inanitione egentibus, vel ſanguinem ducere, vel ventrem mouere auſi ſunt, in grauia pericula præcipitarunt. Quo ſermone purgantibus medicamentis vti prohibet in omni ventris fluxu. Grauia autem illa pericula in vires, quæ geminatis vacuationibus labefactantur, reijcere videtur.

ERRARE EOS QVI CIRCA *vnum eundemq; ægrum, inediam, & venæ ſectionem ſimul adhibent.* Cap. XVIII.

ADmonuit Galenus indebitis, intempeſtiuiſque vacuationibus plus lædi ægrotantes, quàm conuenientibus, & tempeſtiuis adiuuari: ob virium reſolutiones, quæ vacuationibus illis ſuccedunt. Indebitæ autem, & intempeſtiuæ ſunt, & quæ poſt inedias adhibentur. Quod Galenus in libro de venæ ſectione contra Eraſiſtratæos Romæ degentes expreſsit, minimè

rationi conſentaneum eſſe dicens, vt quis circa vnum, eundemque ægrum vtraque auxilia, nempe inediam, & venæ ſectionem vſurpet. Et inedias poſt venæ ſectionem non ſolùm fruſtrà, verùm etiam cum magno ægrotantis damno & periculo adhiberi profitetur. Nec obſtat quod Hippocrates libro quarto de victu acutorum, poſt venæ ſectionem, inediam præcipit. Neque enim plurium dierũ inediam intelligit, ſed aliquot horas poſt ſanguinis detractionem abſtinendum cenſet. Aliam autem nos hic intelligimus inediam, quæ vno die aut pluribus, ſine cibo omnino ſteterit, vel diu cum exiguo victu perſeuerarit. In quibus neque ſanguinis miſſioni, neque purgationi locus eſſe debet.

VENAE SECTIONEM MVLTIS ſufficere, vt purgatione non egeant. Multis etiam purgationem ſatis eſſe, vt venæ ſectione torquendi non ſint. Ideoque errare eos qui in morbis acutis vtrunque paſſim adhibent auxilium. Cap. XIX.

QVi medicinam hodie factitant, vt febrem acutam curandam ſuſceperunt, ſtatim ab initio vel venam ſecant, & poſtridiè corpus expurgant, vel minoratiuo primùm vſi, conſequenter ſanguinem è vena detrahunt: alteram vacuationem rati non ſufficere ſolam, ad perfectam mali curationem, ſed neceſſitate quadam ad vtrumque remedium nos cogi. Quam medendi regulam tam enixè amplectuntur, tam obſtinatè obſeruant,

uant, vt nulla alia arte aut methodo morbos ſolui poſſe credant: nec ſapere eos exiſtiment qui à tam communi (vt aiunt) practicandi forma diuertere conentur. Interim maximam antiquis iniuriam faciunt, Hippocrati inquam, Galeno, Paulo, quibus frequens eſt altero tantum præſidio, pacata curatione, morbos propulſare. Hippocrates enim libro ſecundo de ratione victus in morbis acutis, in pleuritide, cùm dolor ſupra ſeptum transuerſum extenditur, non purgat, ſed ſanguinem tantum detrahit: cùm infra dolor eſt, purgatione ſola vtitur. Et libro quarto, in primo ardore venam non ſecat, ſed aut vomitu, aut clyſtere, aut purgatione miti contentus eſt. In altero, ſubdit mittendum ſanguinem, ſi magnus, & vehemens fuerit morbus, vnà cum virium robore. Galenus in Methodo ſola ſanguinis detractione febres continentes, & continuas ſanat; nec purgationem adhibet, præterquam vbi prauorum ſuccorum abundantia coniuncta fuerit. Quod & erudita poſteritas diligenter obſeruauit. Imò, ſæpè accidit, venæ ſectionem purgans medicamentum alioqui neceſſarium, propter virium reſolutionē, quam tum ex ſanguinis detractione, tum futura medicamenti agitatione veremur, omittatur: ſubſtituaturq; tertio quoque die clyſter, iuxta Hippocratis, & Galeni conſilium. Interdum virium metu ſanguinem non detrahimus, ſed purgamus tantum, licet morbi ratione venæ ſectioni locus ſit. Radenda ergo de medicorum chartis illa regula, qua intemerata conſtitutione ſanguinis miſsioni

purgationem adiunctam volunt, quaſi alterum ſine altero inutile ſit, aut inefficax cenſeri debeat. Multis ſatis fuit inedia, multis ſpōtaneus alui fluor, plurimis ſanguinis detractio, non paucis ſola purgatio vel medicamentis, vel ſubſtituta clyſterum iniectione tentata. Quæ coniunctim adhibita uires reſoluunt, vt nec inediam ſequi debeat ſanguinis detractio, nec alui fluorem uel hæc, uel purgatio comitari: vel ſanguinis miſsioni purgatio coniungi, niſi urgente cacochymia, & conſtante uirium robore. Sed in diſcernenda cacochymia non paucos cæcutire uideo. Nam eos etiam qui dum benè ualerent, bono erant habitu, & uictu euchymo uſi fuerant, cùm in morbos incidunt, abundanti ſuccorum prauitate laborare iudicant.

DE PRAVA VICTVS *ratione in morbis acutis; cùm in principio, tum in augmento, & ſtatu. Et curſim de ptiſana, piſcibus, ouis, turturibus, pupillis columbarum, auenato, oryza, alica, carnibus aſſis & elixis in febribus.* Cap. XX.

CVlpa carere non poſſunt medici qui circa morborum acutorum initia abſtinentiam prædicant, & parciùs quàm conueniat alunt ægros: in ſtatu uerò, in quo tenuiſsimum uictum requirebat Hippocrates, pleniore uictu utuntur, contuſarum carnium expreſsionem, ius capi decoctione conſumpti, inſtaurantia quædam ex du-

plici uaſe, aliaque ſucculentæ ſubſtantiæ alimenta præbentes. Neque enim id ignorantia facere uidentur (niſi aſini prorſus ſint) cum huiuſce rei pleni ſint medicorum libri: ſed ſceleroſâ cautela, ut mulierculis, cæteriſq; circunſtantibus applaudant, & tanquàm naturæ amici digni iudicentur qui omnibus præeſſe debeant. Non ergo quod ars præcipit, id faciunt: ſed quod mulierculis de uirtute ſollicitis, & robur ex cibo petentibus gratum fore conijciunt. Qua impoſtura quid eſſe poteſt perniciolius? Nam ſi ars ita exercenda eſt, fruſtra ex rationali doctrina, fruſtra ex authoribus, fruſtra ex uſu ipſa petitur. Si muliercularum nos oportet eſſe mancipia, quid prodeſt tantam in liberalibus diſciplinis, in medicinæ ſtudio, in exercitatione artis impendiſſe operam. Cur potius abiectis tot laboribus, ex uulgi deſyderijs, & recepto more non quærimus auxilium? Faceſſat iam medicina, & quæ regibus, & dijs olim ferebatur accepta, in muliercularum & uulgi ſecedat concilia: quando & ij penes quos erat illius dignitas, honos, & protectio, antiquorum caſtra deſerunt, & ſponte in uulgi domicilia migrant. Horum qui pudore afficiuntur aliquo excuſant ſeſe, dicentes cũ Hippocrate, condonandum aliquid conſuetudini: quod uerum eſt. Non tamen indè ſequitur plenius alendum in ſtatu quã in principio, quod modo quo dixi ipſi faciunt: nec noſtræ ætates hoĩes pleniore uti cibo debere, quàm ueteres, quos conſtat multo ac craſsi alimenti cibo uſos fuiſſe. Sed cur ad conſuetudinem refugiunt, cum ijs etiam qui per integram ualetudinem par-

ciſsimè cibantur pleniores victum in vigore morbi inſtituant; Sunt qui leuiores & tolerabiliores in paulò pleniores victu errores eſſe dicant: grauiores verò in tenuiſsimo, atque admodum exquiſito victu, iuxta Hippocratis aph. 5. lib. 1. Quod fatẽdum eſt: & tamen diſtinctionem recipit. Verùm tantũ abeſt vt paulò pleniorem quàm exquiſitè tenuem admittant, vt quantum æger tolerare poteſt, plenũ victum in vigore inſtituant, cum ſuccis carnium, cum iure capi ad ſummũ decocti, cum panata, ouis alijsq; huiuſmodi, quibus ſanus quiſque potentiſsimè alatur. Conſtat autem ægrotanti ob facultatum imbecillitatem, minùs quàm ſano alimenti præbẽdum: vt reprehenſionem vitare nõ poſsint, qui tam ſucculenta ſubſtantia ægrum in ſummo imbecillitatis poſitum infarciunt, quæ homini ſano contitinuata, & ſæpè (vt fit ægrotantibus) ingeſta, moleſtiam in coquendo, & alendo adferre queat. Fruſtra ergò virium robur ex alimento quod tum natura ſua languenti graue ſit, tum copia oſtendat & opprimat, petitur. Itaque neque virtutis, neque con ſuetudinis ratione in ſtatu conferre poteſt: obeſſe autem ſolet plurimum, tum quia mora, quam diu trahit in ventriculo, antequam ab imbecilla natura ſuperetur, corrumpitur: tum quia diſtrahitur natura ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore vni humorum noxiorum coctioni fortiter vacet, & contra ſymptomata pugnet acriter, haud ita multò poſt euaſura ſi vicerit: vincere autem non poterit, ſi diſtrahatur. Accedit quod corpora impura (qualia ſunt quæ acutis, & putredinoſis mor-

bis conflictantur (quantò magis nutries, tantò magis lædes, vt dixit Hippocrates aph.10. libr.2. Has rationes veriſsimas eſſe ſciunt mediocris etiam literaturæ medici, & contra animi cõſcientiam quod vires opprimit, quod naturã in forti pugna à victoria diſtrahit, quod impuritatẽ auget, & mortem accelerat, ſe permittere non ignorãt. Sed inquiunt, vis vt mulierculæ, & circunſtantes amici nobis effodiant oculos, & ęgrum nos fame necaſſe clamitẽt? Hęc eorũ ſumma eſt ratio, qua mulierculis applaudendo malunt ægros in perniciem ducere, quàm iuſta reprehenſione indoctas ad miniſtrandam ritè ſalutem flectere. Vnde homicidij crimen effugere non poſſunt. Meminerint Hippocratis aph. lib.1. dicentis, Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tũc victu tenuiſsimo vtendum eſt. Coniectari autem oportet an æger cum victu ſufficiat perdurare donec morbus conſiſtat: & nunquid priùs ille deficiat, nec poſsit cum uictu perdurare: vel morbus antea deficiat, vel hebeteſcat. Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, ijs ſtatim tenuis victus adhibendus eſt: quibus verò poſterius debet conſiſtere, ijs, & in ipſo conſiſtẽdi tempore, & parũ ante illud cibus ſubtrahendus, priùs verò vberius agendum, vt æger ſufficiat. Quod Galenus in expoſitione quarti aphoriſmi lib.1. expreſsit his verbis. In omnibus morbis quibus maximus vigor, & iudicatio primis quatuor diebus futura ſit, modo natura ſit fortior. integram inediam ſeruare debemus. In quibus verò non vltra primam ſeptimanam protrahãtur, forti exiſtente natura, ſolo vtendum eſt melicrato.

Solus autem & hic ipſe victus tenuiſsimus eſſet,nõ tamen in extremo. Quod ſi naturæ robori non ſatis fidamus, ptiſanæ vtemur ſucco. Rationabiliter autem huiuſcemodi victus tenuis diceretur.: ſicuti & qui per ptiſanam hordeaceã nõ eſt quidẽ tenuis exquiſitè,niſi omnino pauca aſſumpta fuerit: non tamen propterea plenus,qualis qui fit per oua,& alicam,& piſces, atque alia huiuſcemodi. Ex his apparet quanto riſu excipiendi ſint,qui piſces, & oua ad tenuem victum pertinere putãt,quæ pleni victus eſſe conſtat. His cum autem valentiora ſint panis in ſucculento iure coctus, carnium benè alentium ſuccus, & pullæ aut capi cõſumptum ius,non ſolum pleno ſed etiam pleniſsimo victu vti videbitur quicunque hæc admittet, licet non adeo multa. Pauca autem non admittuntur, cùm tertia quaque hora,ſępè etiam minoribus interuallis,duarum aut trium vnciarum hauſtu ingurgitetur anhelans, & imbecillus æger in ſummo etiam ſtatu morbi, in quo tenuiſsimum victum requirit Hippocrates. Is autem conſtat integra inedia, ſi vires ferant: aut ſolo melicrato, aut perpauco ptiſanæ ſucco: aut ſi robori non ſatis fidamus, ptiſana coploſius, aut ſæpiùs exhibita. Quo tempore, ſi caſus aliquis interuenerit robur naturæ diſſoluens, ex his etiam quæ pleniùs alunt,aliquid adijcere licebit. Verùm in ptiſana maximum errorem introduxerunt noſtri temporis medici,qui pro victu tenui eã ex ſucculento iure carnium paratam offerunt. Quo modo ad plenum victum ſpectat. Ad tenuem enim ex aqua & hordeo tantum,more veterũ parari debet.

Ptiſana.

In mor-

In morbis acutis multis nominibus excellere creditur Hippocrati,& Galeno: quòd facilè cōcoquatur,quod laudibilem ſuccum gignat, quòd facilè diſtribuatur,quòd refrigeret, attenuet, & abſtergat. At ex iure carnium,non ita facilem admittit cōcoctionem,ac diſtributionem in imbecillo corpore, cùm plenioris alimenti facta ſit:nec vt anteà refrigerat,ob calidi alimenti mixtionem:nec tenuat, aut terget,quoniam craſsiorum partiū euaſit. Ideò reprehendendi medici qui tam licenter, & tam temerè probatiſsima veterum remedia alterant, & corrumpunt.Ea tamen ſic pingui in pleno victu vti nihil prohibet,licat minùs quàm alia huius generis nutrire videatur. Vt verò cætera perſequar, Panatam ego vt in pleniore victu febricitantibus nonnunquam conferre exiſtimo,ſic minimè continuā dam iudico,quòd nimis repleat,& ſaturitate quam adfert, coctionis difficultatem,& flatum planè referat. Piſces optimos ob putredinis metum febricitantibus prohibere, atque interim prunis,& pyris,cæteriſqe fructibus, putredini obnoxijs ægrum alere ridiculum eſt.Hæc enim excrementoſa ſunt, nec laudabile gignunt alimentum: quod ex piſcibus ſalubriter parare licet, vnà cum refrigerij beneficio. Oua,turtures, pullos columbarum, calida eſſe dicunt, nec febribus conferre exiſtimant. quæ inter cibos nulla ex parte damnandos, ſed veluti in ſymmetria omniſque exceſſus mediocritate conſiſtentes enumerat Galenus lib. de euch. & cacoch. Oua quidem ſorbilia lib. I .artis curat.ad Glauc.cōcedit in tertiana exquiſita intermittente, quæ ex calidiſ-

Panata

Piſces.

Fructus.

Oua.
Tutures.
Colūbæ.

caliдіſsimo humore procedit. Sed & iuuenes cõlũbas, & oua febricitantibus eligit lib. 8. meth. Puls ex auena (auenatum vocant) febricitantibus vtraq; qualitate obeſt, calida inquàm, ac ſicca. Nam victũ his humidum conſulit Hippocrates: calido autem febres accendi nemo ignorat. Quod autem auena calida ſit, & ſicca, docet Gal. lib. VI. ſimpl. medicamentorum: & lib. I. de alimentis. quod & Dioſcorides lib. II. & Paulus lib. I. & VII. ſcriptum reliquerunt. Ex quibus etiam diſcitur huic facultatem adſtringentem ineſſe, qua diarrhęas, & ventris profluuia ſiſtat: vndè febricitantes, quibus aperta aluo eſſe conducibile eſt, lædi contingat. Oryzam, frumentacea quædam craſsioris ſucci & difficilis concoctionis miror admitti, neglecta interim alica ex zea, quam ſpeltã vocant, cuius tam frequens mentio eſt apud Galenum. Carnes elixas omittũt medici, & aſſas paſsim in morbis acutis adminiſtrant, cùm Galenus commen. I. in lib. Hippocratis de ratione victus in morbis acutis, has prohibeat, & à vafris hominibus parari moneat. Aquæ potum longo ſermone damnauit Hippocrates: & uel mulſam, vel oxymeli, vel vinum aquoſum bibendum conſuluit. Quod in proximum caput reſeruauimus.

Auenatũ. Oryxa. Alica. Carnes aſſę.

AQVAE POTVM IN MORBIS acutis eſſe noxium: neque eius vſum in febribus intellexiſſe medicos quotidiana huius potatione ægros diſperdentes. Vinum dari febricitantibus. Decoctum cinnamomi non conferre.

Cap.

Cap. XXI.

QVi febricitantibus vino, & aqua interdicunt, & hydroſaccharum, aut oxymeli horum loco propinant, rectiùs meo quidem iudicio agunt, quàm qui aut aqua pura, licet optima, cruditates & flatus accerſunt, aut vini ferocitate ignem accendere non verentur. Et ſi horum alterum recipiẽdum ſit, præſtat ſanè vino dilutiſsimo vti, quàm aquam in quotidiano & ordinario potu familiarem habere. Nam aquam multis de cauſis in morbis acutis damnauit Hippocrates: quòd videlicet in peripneumonia tuſsim non ſanet, nec in cæteris ſitim ſedet, ſed amareſcat, bilem etiam pariat in his qui ſuapte natura bilioſi ſunt: quòd hypochondrijs infeſta ſit, & vacuo uentriculo ingeſta pesſima & bilioſiſsima reddatur, & vires maximè proſternat: quod lienem, & iecur, ubi phlegmone obſidentur, attollat: quòd fluctuet, ſupernatet, tardè trãſmittatur, ut pote frigida, & coctu difficilis, neque urina moueat: atque ex eo quoque uitioſa ſit, quod ſtercoris ſuapte natura expers ſit. Hanc refrigeratis pedibus (ſicut in febrium algoribus) ſi quis biberit, grauiſsimam, ac ualdè noxiam futuram quoque affirmat. His ſubſcribens Galenus in commentario, hanc ideò tardè meare, difficulter concoqui, ac ægrè deſcendere putat, quòd neque incidendi, neque tergendi uim habeat, ut quæ ex melle, & aceto componuntur. Et ſubdit, Hæc quanquam optima ſit, multo tamen tempore in uentriculo manet, fluctuationes quoque plurimum parit.

Quo fit, vt cum bilioſus ventriculus fuerit, corrũpatur & illa. Prætereà cum ex ventriculo ad ieiunum ægrè perueniat,non facilè diſtribuitur,neque in hepar, & minus in renes,thoracem, & pulmon ẽ. Quo fit,vt neque vrinas mouere nata ſit, neque ſputum educere: imò neque per totum corpus molitur tranſpirationes. Id namque ſubſtantiæ quæ tenuium partium ſit,opus eſt, calidæque, non frigidæ,& craſſarum partium.Neq; prętere a ſitim ſedat quòd in amplis tum ventris,tum inteſtinorum animalis inſtrumẽtis,pluſculo maneat tempore. Neq; prorſus imas penetrat partes,neque ſiccitatem humectat. Quòd autem non alant, antea eſt dictum: quo fit ut neque facultatem uitalem roborare poſſit. Atque ea eſt cauſa propter quam Hippocrates ad mulſam,oxymeli, & uinum ſe contulit, in ægris ab aqua abſtinens. Iam igitur eas ob cauſas nunquàm ea quis utatur: Hęc Galenus. Conſequenter uerò refert medicos quoſdam hac uti, atque etiam Hippocratem, ſed hunc minus,alios magis. Atque hos non ratio, ſed proprius error ad id faciendum induxit,cum mulſa,oxymelire, & uino ſecundum rationem uti neſcirent. Nam & mulſam, & oxymeli,& uinum præſertim aquoſum,tempeſtiuè adminiſtrata ſummè laudat Hippocrates: modum etiam addit,cum aquoſa,& dilutiſsima noxa carere ſcribit.Aquam uerò non ueretur in morbis quibus timemus ne uel caput uehementer grauetur, uel mens tentetur. Tunc enim uel aquam, uel uinum aquoſum,& haudquaquam odorum exhibet, deinde paulum aquæ ſuperbibere conſulit, ne uini po-

ni potentia tã facilè caput & mentem attingat. Seni verò acuto morbo laboranti vinum aquoſum quotidie porrigebat Galenus, ſed vini minimùm aquæ inſtillans, vt modica eſſet vini repræſentatio, quæ duntaxat aquæ ſinceritatem tolleret, excitaret tamẽ eam, & ad facilem diſtributionem traheret. Ex qua verborum ſerie manifeſtè apparet Hippocratem, & Galenum, ſuſpectum habuiſſe in morbis acutis aquæ puræ, licet optimæ, potũ, præterquam vbi vel capitis, vel mentis timeretur olæſio. In quibus ne vino quidẽ ſemper abſtinuerunt. Fruſtra autem ad refrigerationem, & internæ ſitis extinctionem illa quotidiè vtimur, cum in bilioſis naturis, & calidis morbis vertatur in bilem: nec epota, vel foris admota apta ſit humectare ſolidas animalis particulas, vt docet Galenus comment. aph. 13. lib. 4. Bilioſos etiam aquæ potu lædi plurimum dixit comment. 3. in lib. de fracturis. Et cõment. 1. in Hippocratem de ratione victus in morbus acutis, Aqua, inquit, languẽtibus ſic ſupinat ſtomachum, vt ſubuerſum ſibi eſſe exiſtiment. Mulſam autem, & vinum humectare magis quàm aquam ſcribit eodẽ commentario; quod de vino aquoſo, & diluto poſtea exprimit. Quid ergo, inquies, ſibi vult Galenus cõmentario illo, primo aſſerens aquã febris naturæ aduerſiſsimam, corpus tum refrigerantem, tũ humectantem? & dum ibi, atq; in methodo, & arte curatiua ad Glauconem extollit frigidæ aquæ potum in febribus continuis? Frigidam in his adhibet Galenus nõ ſolum potentia, ſed & actu talem. Vnde eam ſiue calefactam ſiue decoctam, in aere,

in puteo, aut ſcaturigine aquarum, vel in niue refrigerare docet, niſi alioqui frigida actu ſit. Hanc non alimentarij potus gratia, ſed remedij cauſa affatim bibendam conſulit, vt copia humoris frigidi obruatur ignis. Talis in cibatu non requiritur: ſed longè à paſtu apparentibus in lotio concoctionis ſignis, conſtante robore, concurrentibus etiam multis alijs circunſtantijs aliquotiens admittitur tanta quantą ab ægro inſpirando hauriri poterit. Quæ enim affatim, atque ad laborantis vſque ſatietatem bibitur, ſanationis occaſio efficitur inquit Galenus. Ex quo manifeſtum euadit frigidæ aquæ potum diſtribuendæ alimoniæ gratia veteribus nõ admitti, ſed remedij cauſa conſuli, non omnibus, ſed quibus nulla internarum partium læſio futura timetur, vt in libris methodi abundè explicatũ eſt. Ea autem non tam qualitate, quàm copia, refrigerat, & humectat febrili caliditate, ac ſiccitate affectum corpus. Nec verò tanta copia ſæpius ingeren da eſt: ne (quod multis ſalubre conſilium exceden tibus accidit) calorem natiuum vnà cum febrili ſuf foces, & extinguas. Quotidiani ergò potus locum tenere non poteſt aqua, ſiue refrigerare, ſiue ſitim ſedare animus ſit: cum qualitate ſua bilioſos morbos refrigerare nequeat, ſed mora quam trahit in ventriculo alteretur, & vertatur in bilem: nec aſſumpta, vel foris admota, humectare poſsit ſolidas animalis particulas. Ad alimenti verò diſtributionem prorſus inepta deprehenditur, cùm fluctuet, & innatet in ventriculo, & tardè deſcendat. Nec ſimpliciter vt potus ſedandæ ſitis gratia adhibetur

tur in morbis acutis, ſed ut frigidum actu remedium: in quo copia adhuc ſuppleat id quod in qualitate deeſt. Nam qualitas utcunque ad refrigerationem, & ſuperficiatiæ ſitis ſedationem confert, præſertim in ſanis quibus natura moeicè fuerit alterata. At interno febris calore, qui ignis ſpeciem gerit, opus eſt remedio extinguendis propemodum incendijs ſatisfaciente, nimirum plurima aqua frida, quæ copia ignis qualitatem vincat. Atque hac vna ratione febricitantibus conferre exiſtimatur, cùm cæteris conditionibus euidentes noxas præſtet, fluctuando, innatando, concoctioni reſiſtendo, hypochondria inflando, tardè meando, mora etiam alterationem ſubeundo, qua in bilem vertatur. Verùm vbi ardor inquietat hominem, ad id quod magis vrget intentionem dirigentes, aquam frigidam affatim propinamus, maius ex feruoris extinctione expectantes commodum, quàm ex cæteris noxis incommodum. Quod tamen (ne decipiamur) nō ſemper neque omnibus, ſed robuſtis, & benè coquentibus, nec viſcerum obſtructione, aut phlegmone, aliove interno tumore laborantibus, materia iam concoctionem recipiente, vno tantum aut altero die, faciendū conſulit Galenus. Hæc autem ſi in quotidiano, & ordinario potu nō confert, quid in febribus acutis bibendū dabimus? Mulſam inquàm, eamq; dilutiorem, ne inflammetur: vel vinū aut ſuapte natura aquoſum, aut aqua dilutum: vel oxymeli æſtate quidē frigidum, hyeme verò calidum, ſi ijs quæ ab Hippocrate, & Galeno in libris de ratione victus in morbis acutis tradita

dita

dita ſunt, conſenſerimus. Quoniam verò Galenus mulſam & vinum interdum veretur, oxymeli vſurpabimus, vel acetoſum ſi res poſtulet, vel paulũ aceti recipiens, tantum videlicet vt guſtanti duntaxat ſenſum moueat. Sic enim citra noxam debita præſtabit auxilia, vt multis in locis teſtatur Galenus, & Hippocrates lib. 2. de ratione victus in morbis acutis. Quod ſi alias ob cauſas omittendum videatur, hydroſaccharo tutò vti licebit: & ſi mellis ratione tantum ſuſpectum ſit, oxyſaccharũ vtiliter ſubſtituetur. Quibus ſi ardor nõ quieſcat, ſed ſitis adhuc infeſtet hominẽ, apparentibus concoctionis ſignis frigidã affatim potandam dabis: vbi præſertim frigidæ potioni per integram valetudinem aſſuetus fuerit. Huic ẽt ob conſuetudinem frigida per totũ morbi decurſum vti permittitur. Condonandum enim aliquid conſuetudini: qm̃, vt recte ait Hippocrates aph. 50. lib. 2. Quæ ex longo tempore cõſueta ſunt, etſi deteriora ſunt, inſuetis minùs moleſtare ſolẽt. Et parum deterior cibus aut potus, ſuauior autem melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendum aph. 38. lib. 2. Ergo ſi ex cõſuetudine aquæ potum familiarem non habet, neq; ſingularẽ in ea ſuauitatem præſentiat, cætera verò minus cõuenire videantur, vinum dilutiſsimum propinare ne verearis: ad mentis tamen oblæſionem, & capitis grauitatem attentus, vt ſuprà dictum eſt: nec nõ ad viſceris alicuius inflammationem, aut ardẽtem febrem cum morbo crudo. In his enim magnas ac propemodum incurabiles ex vini potu noxas veretur Galenus in arte curatiua ad Glauconem. Decoctum

coctum cinnamomi, licet pauci, & in maxima quátitate aquæ, non probo: quòd neque ſitim ſedet, neque refrigeret, ſed aromatica qualitate, licet exigua, caput tentet. Aquam verò hordei vitandam docuimus capite duodecimo.

IN ACCESSIONIBVS NON ſemper abſtinendum. Cap. XXII.

DOcuit Hippocrates in acceſsionibus abſtinendum: quod tunc cibum dare nocuum ſit. Itaque obſeruare iuſsit febrium acceſsiones, vt neque cùm adſunt, neque cùm venturæ ſunt ſorbitiones exhibeas: ſed cùm iam finitæ ſunt, aut conquieuerunt, & quum maximè ab initio diſtare videntur. Quod Galenus in quouis affectu, aut corpore, non recipit, diſtinctionem adhibens: Minimè cibans eos qui putredine humorum laborant, ſi corpore ſint valido, nec culpando temperamento. Graciles verò, alioſque omnes qui ex calida & ſicca intemperatura in febres labuntur, inclinantibus acceſsionibus, interdum etiam ipſis incipientibus, cibare docet: præſertim ſi à Solis calore, vel fatigatione, labore, inedia noxam contraxerint, præceſſerintque vigiliæ, ſolicitudo, ira, triſtitia, aliaq; id genus quæ corpus exſiccát, & vires proſternunt. Huiuſmodi corporibus inediam non tantùm noxiá, verumetiam, ſi quicquam aliud, planè pernicioſam eſſe dicit, & magis eûm in febres acutas inciderint. Quod argumentũ latius tractauimus capite 13. libri primi Methodi noſtræ a particulari-

bus morborum acceſsionibus indicationem expo nentes. E quo loco, cætera quæ ad hanc caſtigatio nem faciunt, petere promptum eſt.

EPITHEMATA CORDIALIA IN febribus putridis ante declinationem non eſſe admouenda. Cap. XXIII.

EPithemata cordialia, quæ noſtri temporis medici parant ex roſis, nymphæa, cichorio, corallijs, ebore, margaritis, fragmentis lapidum pretioſorum, oſſe cordis cerui, ſemine oxalidis, ſantalis, cãphora, aceto, aquis endiuiæ, roſarum, oxalidis, nymphææ, cæteriſq; refrigerantibus ac ſiccantibus, admixta tantùm calidorum, ut pote granorum tinctorum, beenij, croci, aquæ bugloſſæ, & ſimilium portiuncula: tantum abeſt ut proſint, ut cutem dẽſando, conſtipandoq; meatus per quos fumoſa fuliginoſaq; excrementa tranſpirare cõueniebat, obſint plurimùm, ſiue per morbi initia, ſiue per incremẽta, ſiue in ſtatu admoueant. Conſtat enim meatuũ obſtipationes tranſpirationem impediri: tranſpiratione autem impedita putredinem excitari: hãc uerò facilè conſequitur febris. Quæ ſi iam genita eſt, nouis putredinis fomitibus, adductis ẽt trãſpirationis impedimentis exacerbatur, & ſæuior efficitur. Quod cùm uiderent paulò acutiores aliqui, nec facilè a tam inueterato errore medicos dimoueri poſſe putarent, permiſerunt in ſtatu, quod per morbi initia, & incrementa temerè alij uſurparent. Quanquam nec in ſtatu id facere conueniat (cauſos, & peſti-

peſtilentias excipiam) quòd tunc natura cum morbo pugnam aggrediatur, & ad criſim properet ſiue per ſudores, ſiue per inſenſibilem tranſpirationem, ſiue per alium vacuandi modum. Quo tempore ſi repellentia, & conſtipantia huiuſcemodi remedia apponas, naturam à motu ſuo reuocabis, prohibebiſque curationem, imò ſæpè mortem accerſes, repellendo atroces, & fuliginoſos vapores, quos natura in grauiſsima pugna foras trudere conabatur. Cor febrilis caloris ſedes eſt: hunc (quem ſcis eſſe putredinoſum) eleuatione, ac depreſsione pellere à ſe, ac diſsipare contendit. Tu in forti pugna adſtringentibus contraueniens, & quod diſcuti opus erat prohibens ac repellens, quid aliud quàm mortem ſolenni medicatione operaris? Parendum ergo Hippocrati in flatu quietem imperanti, & quæ iudicantur medicamentis non ſolum purgantibus, verùmetiam alijs quibuſcunque irritamentis mouere prohibenti. Inclinante autem morbo ſi quid imperfectè iudicatũ eſt, licet mouere remedijs efficacibus. Quo tempore ſi febrilis calor adhuc perſeuerat, proderit vti epithematis refrigerantibus, quæ relictam intemperiem extinguant, & cor ad priſtinam naturalemque temperaturam roborando reducant. Atque hæc quidem in ſynochis, & continuis, quæ æſtuantem, peſtilentemve qualitatem præ ſe non ferunt. In æſtuantibus enim, quas cauſos appellát, cogimur ſæpè neglectis putredinis & obſtructionum noxis, ad ardoris extinctionem nos totos conuertere. Quod tamen per interna tutiùs quàm

per externa efficitur. In peſtilentia verò, non ſolùm in ſtatu, verùm etiã per initia cor adſtringentibus roborare, ac repellentibus à venenatis halitibus tueri conſilium eſt. In his ergò ſaluberrimus erit epithematum vſus, qui in cæteris febribus niſi in declinatione, locum habere non potuit. Cauendum autem in diiudicandis febribus, ne decipiamur: exiſtimãtes febres eas quæ populariter graſſari ſolent, ardores, & cauſos eſſe, cum ſæpè neque intolerabilem illum æſtum habeant, neque tertianos circuitos ſeruent, quos ad ardores, hoc eſt tertianas continuas ſpectare in confeſſo eſt.

DE PVTIDIS CLYSTERIBVS.

Cap. XXIIII.

CLyſteres quos ex malua, althea, mercuriali, violaria, acãtho, beta, cicla, parietaria, prunis, ſemine lini, & fenugręci, parant, & communes vocant, malè olere ſatis conſtat. Quo nidore vterus mulieribus commoueri ſolet. Viris etiam grauiteolentia, nonnullis caput tentat, nonnullis os vẽtriculi afficit, quibuſdam etiã ſpiritus, & humores corrumpit. Ea enim eſt fætentiũ natura, ut coinquinatæ ſuæ qualitatis uim per vniuerſum corpus celeriter deferant. Quo miror noſtræ profeſsionis homines, ab antiqua medendi puritate non ſolùm methodo, ſed & materia deflectentes, eorum quæ ipſi tractant, impuritate nõ offendi. Rectiùs priſca illa ætas mulſa & oleo contenta fuit: nec aliam ad communes ſuos clyſteres materiam, quæ alui fæ-

ces elueret, adhibebant Hippocrates & Galenus, verentes (vt exiſtimandum eſt) tum aliorum fætorem, tum craſsiorem humoris qui per ſedē inijcitur, ſubſtantiam ad fæces eluendas minùs idoneam. Neque enim craſsis tam facilè eluũtur ſordes, quàm liquidis. Ad quæ reſpexiſſe mihi videntur veteres illi ſapientiæ profeſſores, in omnibus, quæ vtiles cum minori noxa actiones adferrent, præferentes. Pinguibus iniectionibus illos quoque vſos non negamus: Verùm alio fine, nec frequenti, & communi illa vſurpatione, vt medicorum vulgus hodiè facit.

DE CLISTERIBVS PINguibus in dyſenteria. Cap. XXV.

IN fluxu dyſenterico, ſtatim ab initio, clyſteres ex decocto capitis veruecini multi exhibēt. Quo vlcera ſordeſcere dubium nō eſt. Itaque pro benefico remedio ſordium experiũtur nocumentum, quod ad cacoethian, & nomas planè ducat. Satiùs eſſet eos ab abſtergentibus auſpicari, & paulatim ad adſtringentia, & glutinantia gradū facere. Nam pinguibus illis, vlceris curandi gratia non vtimur: ſed ſymptomatis, hoc eſt doloris cauſa. Qđ Galenus libro 12. meth. expreſsit his verbis. In dyſentericorū deiectionib⁹, vbi vehementer rodunt, vel tragi ſuccū, vel hircinū ſæuum, vel roſaceū ceratū per inferiùs indim⁹. Quib⁹ vtiq; præſidijs ipſa

exulceratio inteſtinorum non ſanatur, maximè ſi putreſcens aliquid habeant: ſed vires interim conquieſcunt. Atque id eſt contra ſymptoma inſtare, morbo ad id tempus neglecto. Quo ſermone non ſolum reprehenduntur qui purè pinguibus vtuntur, verùmetiam qui ſæuū hircinum, vbi dolor non infeſtat, cæteris admiſcent: ſimul etiam admonemur pinguia illa ad vlceris ſanationē nō facere, ſed tantum mitigandæ acrimoniæ gratia admitti. Sæuū autem illud hircinum, aut caprinum, quod Arabes putarunt, non ſiccare ſermo ille declarat.

DE ADSTRINGENTIBVS *in dyſenteria citra calidorum mixtionem non temerè exhibendis.*

Cap. XXVI.

IN omni ventris fluxu vnà cum excrementis caloris natiui effluit plurimùm. Vnde ventriculum refrigerari, & facultatem huius concoctricem labefactari contingit. Nec dubitandum in dyſenteria, quin crebra refrigerantium clyſterum iniectione per inteſtinorum continuitatem, ventriculus quoque impenſiùs refrigeretur. Quod & flatuum multitudo, & cruda excrementa declarant. Hoc autem malum adaugent, qui potiones, catapotia, electaria, mixturas ex ijs quæ refrigerando adſtringunt, concinnant, & paſsim exhibent dyſentericis: non aduertentes, quòd diminutum aſsiduo fluxu ventriculi calorem ex-

tinguunt

tinguunt, & concoctionem corrumpunt. Itaq; & fluxum augeri,& animans perire neceſſe eſt, deficiente calore, & in partibus nutrimento, quod in uentriculo primùm elaborari non potuit. Neq; ergo frigida illa dyſentericis temerè exhibenda: nec niſi calefacientibus,& cōcoctorijs caſtigata. Quod ueteres illos ſapientiæ profeſſores in dyſentericis ſuis medicamentis feciſſe cōſtat. In quibus, adſtringentibus uel mentham, uel abſinthium, uel hyſſopum, uel anethum, uel fœniculum, uel aniſum, uel daucum, uel apium, uel nardum, uel cinnamomū, uel caſiam, uel crocum, uel thus, uel myrrham, uel maſtichem, uel piper, uel caſtorium, uel rheoponticum, uel aſarum, uel aloen, uel coſtum, uel irim, uel iuniperi baccas, uel uinum, uel quid ſimile adiunxerunt, quod natiuum calorem frigidis extingui prohiberet.

ARTVVM DELIGATIONES, AC conſtrictiones in ſanguinis profluuio ſuſpectas eſſe. Cap. XXVII.

Ligaturæ dolorificæ, quatenus dolorem inferūt attrahere uidentur: quatenus conſtringunt, ſanguinis eruptiones irritāt. Quod Scribonius Largus ex Aſclepiade traduxit his ferè uerbis: Ad ſanguinis eruptionē ſiue ex arterijs, ſiue à pulmone, uel pectore, uel alia parte ea fuerit, oportet uetare artus cōſtringere: quod pleriq; medicorum faciunt.

ctio in vtranq; partem exiget æquè ſubiectam materiam: ſicut vtrem ſi quis medium laqueo cõſtrinxerit, animaduertet in vtramque partem excludere ſubiectum liquorem. Et ſi ſuperforatus caſu fuerit, incitatione eiaculabitur quod in eo erit. Eadem ergo ratione cùm ſanguis eruptus eſt, qui conſtringunt, vi magna artus exprimentes, ſanguinem venis ſubiectum cogũt magis erumpi per vulnus. Huius rei argumentum eſt, ſi quis ſuper laqueum percuſſerit venam in brachio, animaduertet æquè incitari ſanguinẽ ex ea parte, quàm ex inferiore loco, cum percuſſa eſt vena. Et hoc per ſe quidem ſi non viderant medici, meritò eſſent culpandi, quòd negligentes in ancipiti caſu hominum eſſent. Cum præſertim Aſclepiades etiam pluribus vſus ſit argumentis in hac re: neque ei quiſquam contradixit. Quis enim aduerſus ueritatem hiſcere poteſt? Proinde magis ſunt cuſtodiendi qui pollicentur ſalutis cuſtodiã uniuſcuiuſq; ſe facturos. Tam inertes autem, & negligentes neceſſaria quidem ad conſeruandam uitam humanam, quę per aliorum laborem reperta ſunt, ſtudeant ſcire. Meritò itaque manifeſtè quidam iugulantur, genere quodam incitata eruptione ſanguinis ab eiuſmodi hominum imprudentia. Hæc Scribonius, aperta demonſtratione ſubiectum conſtrictioni hinc & indè dilatari, & conſequenter ad uenam apertam impelli probans. Quod uerum eſt, ſi iuxta partem affectam ligaturas adhibueris. Itaque fluente è pulmone, aut naribus ſanguine, brachia deligare tantum non eſt: tibias, & crura conſtringere nihil prohibet,

noxam

noxam illam impediente longa diſtantia. Satiùs ergo eſt fortes has deligatutas reuellendi, quàm deriuandi gratia adhibere. Reuulſionem autem ad contraria, & longinqua tentabimus, ſubiecti humoris regurgitationem ad remotam partem minimè verentes. Verùm deligaturas illas non conſtrictione, ſed dolore qui ex conſtrictione reſultat, reuellere ſciendum eſt.

DE PROMISCVIS ERRORIBVS Cap. XXVIII.

SVnt & alij infiniti propemodum errores, in quibus medicorum vulgus paſsim delinquit. Quos ſingulatim ſi quis perſequi velit, in amplum volumen res ipſa deducetur. Satis ſit eos qui veluti peſtis, in medio populi graſſantur, indicaſſe: de quibus non ſolum indocti, verùm etiam alij non pauci doctrinæ, & experientiæ titulos ſibi arrogantes, accuſari poſsint. Promiſcuè in cæteris agitur: veluti cùm acorum cum calamo aromatico, vel cũ galanga confundunt: cum zizipha & mixa faciunt hepatica: cum pyra febricitantibus vtilia iudicant: pum bugloſſæ radicem craſſo, tenaci, lentoq; ſucco præditam apozematis aperientibus inſerunt: cum

liaque multa præter rationem inducunt, quæ periculo non vacant. Nam qui ſpinam putrida laboranti refrigerante inungit, materiam quæ foras pelli debet, repellit, & in interiora detrudit: cutem etiã denſatam, vel obſtructam noua refrigeratione condenſat, & tranſpirationis meatus præcludit. Sic ſanè putredo augetur, & febris vehementior efficitur: ſimul etiam reſolutioni materiæ, & ſudoribus via præcluditur. Qui verò magnam herbarum, radicum, ſeminum, florum, & fructuum quantitatem in aqua hordei perfectè decocti, incoqui præcipiunt, planè deſipiunt. Nam hordeum perfectè decoctũ ptiſana eſt, ſolidiorumq; habet conſiſtentiam, quàm vt tot rerum mixtionem admittat. At ſi leuius ipſum decoxeris, flatulentam aquam efficiet, ſimul etiam decoctum illud promiſcuum, ad ſubeundam citò corruptionem reddet idoneum. Qui verò in acutis apozemata laxatiua continuant, vires eneruant, & à vera medẽdi ratione planè deuiant: quæ ab initio materiam minuere, deinde quæ obſtruant craſſa incidere, lẽtaq;, tergere, & obſtructiones ipſas aperire iubet. In ſeminibus frigidis ſi quid diureticum eſt, id ſanè in corticibus conſiſtit, non autem in medullis, quas humectare, & nutrire conſtat. Bugloſſæ radix ad alia quidem vtilis ſit, ad aperiẽdas obſtructiones planè eſt inutilis, imò noxia, ob ſucci tenacitatem, lentorem, & craſsitiẽ: Qua etiam apozemata promptiſsimè corrũpi contingit. Pyra adſtrictionem habent, quã febres omnes putridæ recuſant, vt potę quę ex obſtructione ortum ducant. Zizipha, & myxa improba

probarunt Græci, & Arabes: quò miror recentioribus adeò probari in pulmonis, & iecinoris affectibus. Acorum autem è galanga & calamo aromatico diuerſum eſſe docuimus alibi. Cætera docti, indoctique paſsim ſibi ad libitum effingunt, quæ longum eſſet recenſere.

FINIS.

INDEX
CAPITVLORVM PRIMI LIBRI.

De officio Medici. Cap. 1. pag. 9.
De Methodo, & indicatione quę Methodum conſtituit. Cap. 2. pagina 16.
De prima indicatione, ab affectu præter naturam. Cap. 3. p. 21.
De ſecũda indicatione, à tẽperamento totius corporis. Cap. 4. pag. 31.
De tertia indicatione, à parte affecta. Cap. 5. pag. 34.
De quarta indicatione, à viribus ęgrotãtis. Ca. 6. p. 15.
De quinta indicatione, ab aere ambiente. Ca. 7. p. 58.
De ſexta indicatione, ab ætate. Cap. 8. pag. 70.
De ſeptima indicatione, à conſuetudine. Cap. 9. p. 75.
De octaua indicatione à naturarum proprietate. Cap. 10. pag. 81.
De nona indicatione à ſexu. Cap. 11. pag. 83.
De decima indicatione, à vitæ numere, & arte. Cap. 12. pag. 85.
De vndecima indicatione, à longitudine & breuitate morbi. Cap. 13. pag. 86.
De duodecima indicatione, a quatuor morborum temporibus. Cap. 14. pag. 87.
De decimatertia indicatione, a particularibus morborum acceſſionibus. Cap. 15. pag. 90.
De decimaquarta indicatione, a quotidianis, ordinatisque alijs naturæ functionibus. Cap. 16. pag. 95.
De quintadecima indicatione, a medicamentorum facultatibus, Cap. 17. pag. 97.

De

De ſextadecima indicatione, a lumine, & influxu corporum cœleſtium. Cap.18.pag.103.
De complicatione, contrarietate, & concurſu indicationum. Cap.19.pag.107.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

De victu. Cap 1.pag.119.
De communibus, quæ in aluo retinentur, excrementis educendis. Cap.2.pag.124.
De ſanguinis miſsione. Cap.3. 128.
De blanda purgatione, quam minorantem appellant. Cap.4. pag.136.
De corporis purgandi, & humorum vacuandorum præparatione, ac concoctione. Cap.5. pag.146.
De purgatione vniuerſali. Cap.VI.pag.155.
De Reuulſione. Cap.7.pag.177.
De deriuatione. Cap.8.pag.183.
De ſimplici a parte affecta vacuatione, Cap.9.p.185.
De abſumendis morbi reliquiis, & emendanda mala qualitate partis affectæ, atque robore inducendo. Cap.10.pag.208.
De Homerica medicatione, Cap.11.pag.213.
De Inſtauratione & conſumptæ, aut deperditæ ſub-

INDEX CASTIGATIONVM PRACTICAE MEDICINAE CAPITA.

De Agariſco trochiſcato. Cap. 1. pa. 253.
De rhabarbaro torrefacto. Cap. 2. pag. 259.
De abſinthio. Cap. 3. pag. 264.
De Chyna, & Apio. Cap. 4. pag. 265.
De filice. Cap. 5. pag. 269.
Nymphææ radicibus, & ſemine vtendum: non autem flore ſolo, & fridam ac ſiccam eſſe illam totam; neque florem eſſe humidum. Cap. 6. pag. 270.
De roſata nouella. Cap. 7. pag. 271.
Diarodon aduerſus noxas a calore contractas frustra parari. Cap. 8. pag. 273.
Confectionem alchermes neque repudiandam, neque vulgari more vſurpandam. Cap. 9. pag. 274.
De cerato ſantalino. Cap. 10. pag. 277.
Aquam quæ potui datur febricitantibus, non eſſe diu coquendam. Cap. 11. dag. 277.
Aquam hordei flatulẽtam eſſe, & ſuſpectam; nec ea apertè vſum Hippocratem, aut Galenum: ſed Arabes hanc finxiſſe ex ptiſana. Cap. 12. pag. 278.
Non ſapere eos qui credunt oxymelite febres accendi, ipſumque ratione mellis inflammari. Et ad delendas febrium obſtructiones nullum oxymelite præſtantius eſſe remedium. Cap. 13. pag. 280.
De ſiniſtro apozematum vſu in febribus continuis; quòdque magna temeritate, aut impoſtura, medici viſcerum obſtructiones paſſim hic obloquũtur, cum huiuſmodi febres ex obſtructione meatuum cutis ortum ducant. Cap. 14. pag. 282.

Sangui-

Sanguinis miſsionem purgationi præmittendam: nec ferendo vltra medicos priùs purgantes, deinde venam ſecantes. Cap. 15. pag. 290.

Fluẽte aluo ſanguinẽ mittẽdũ nõ eſse Cap. 16 p. 292

Fluente aluo, non eſſe purgandum. Cap. 17. pa. 292.

Errare eos qui circa vnum eundẽq; ægrum, inediam, & venæ ſectionem ſimul adhibẽt. Cap. 17. p. 293.

Venę ſectionem multis ſufficere, vt purgatione non egeant: Multis etiam purgationem ſatis eſse, vt venæ ſectione torquendi non ſint. Ideóque errare eos qui in morbis acutis vtrunque paſſim adhibent auxilium Cap. 19. pag. 264.

De praua victus ratione in morbis acutis, cùm in principio, tùm in augmento, & ſtatu. Et curſim de ptiſana, piſcibus, fructibus, ouis, turturibus, pullis columbarum, auenato, Oryza, alica, carnibus aſsis & elixis in febribus. Cap. 20. p. 296.

Aquę potũ in morbis acutis eſse noxiũ, neq; eius vsũ in febribus intellexiſſe medicos quotidiana huius potatione ęgros diſperdẽtes. Vinũ dari febricitãtibus. Decoctũ cinnamomi nõ cõferre. Ca. 21. p. 303.

In acceſſionibus nõ ſemper abſtinẽdũ. Cap. 22. p. 309

Ephithemata cordialia febribus putridis ante declinationem non eſſe admouenda. Cap. 23. p. 311.